



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Opvscvlvm Tertivm. De quatuor F. seu de quatuor viis perueniendi ad
perfectionem & sanctitatem vitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

N I C O L A I L A N C I C I I

E S O C I E T A T E I E S V O P V S C V L V M S P I R I T V A L E T E R T I V M D E Q V A T V O R F.

Seu de quatuor Viis perueniendi ad perfectionem & sanctitatem vitæ.

I N D E X C A P I T V M

H V I V S O P V S C V L I.

- D**E primo F. hoc est, de fugiendis iis rebus qua displicent Deo. CAP. I.
De modis fugiendi peccata displicentia Deo. CAP. II.
De secundo F. hoc est, de faciendis bene rebus qua placent Deo. CAP. III.
De circumstantiis, seu modis, bene faciendi ea qua placent Deo. CAP. IV.
De tertio F. hoc est de ferendis equo animo iis rebus, qua displicent amori proprio. CAP. V.
De incitamentis 19. ad ferenda equo animo ea, qua displicent amori proprio. CAP. VI.
Soluntur dubitationes circa tolerationem aduersitatum. CAP. VII.
De quarto F. hoc est, ut feramur semper ad perfectiora. CAP. VIII.
Quibus in rebus situs sit ascensus perpetuus ad perfectiora. CAP. IX.
Qua nos excitare possunt, ut semper feramur ad perfectiora. CAP. X.

Index rerum præcipuarum huius Opusculi ac reliquorum positus est ordine in fine totius operis.

P R O O E M I V M.



Volent Perfectionis studiosi à suis querere in Spiritu Magistris, quibus insistendo viis, possint perfectionem spiritualis vitæ attingere, vel se ad felicem ac bonam mortem disponere: aut ad præcipua festa ritè celebranda, vel ad renouationem Votorum ac spiritus, cum fructu; nec non ad bene sumendum SS. Eucharistiam præparare. Ad hæc omnia, & his similia, meo iudicio, valdè profutura existimo, & tanquam sufficientissima ex parte nostrâ, media proponere soleo quatuor F. hoc est, quatuor Monita ab F. memoriæ causa incipientia.

Primum est. Fugere omnia qua displicent Deo.
Secundum. Facere bene omnia qua placent Deo.
Tertium. Ferre equo animo omnia qua displicent amori proprio.

Quartum. Ferri semper ad perfectiora. Quæ quidem more medicorum appellari possunt tanquam remedia seu pharmaca Catholica, vel, ut appellantur à Rhetoribus, præcepta vniuersalia, vel Perpetualia.

Ad quæ quatuor F. seu Monita, possunt applicari illa S. Bernardi verba: *Quicquid agendum sit, (hoc est F. secundum) quicquid declinandum, (F. primum) quicquid tolerandum, (F. tertium) quicquid oprandum, (F. quartum) Tu es Domine spes mea.*

Quintil.
l. 2. cap. 13.

Ser. 9. in
Psal. 90.

Coll. 10.
cap. 8.

Benè ait Abbas Germanus in Collatione Abbatis Isaac apud Cassianum; Cuiuslibet artis seu disciplina perfectionem debere incipere à quibusdam mollibus rudimentis, & facilioribus primis, ac tenerimis iudiciis imbutis, ut quodam rationabili lacte nutrita paulatim succrescat, atque ita ab imis ad summa sensim gradatimq; conscendat, quibus cum fuerit plura principia, & quodammodo ianuas arrepta profectio ingressa, ad penetrabiliora quoque perfectionis excelsa fastigia consequenter & absque labore perueniat. Nam quemadmodum pronunciare puerorum quispiam simplices poterit copulas syllabarum, nisi prius elementorum characteres diligenter agnouerit? vel quomodo legendi peritiam consequetur, qui breues & angustas descriptiones nominum, necdum est idoneus coniungere, quàm autem ratione is qui peritiâ Grammatica disciplina minus instructus est, vel rhetoricam facundiam, vel philosophicam scientiam consequetur? Quapropter huic quoque sublimissima disciplina, per quam instrumur Deo iugiter adherere, quaedam sunt institutionis fundamenta, quibus primùm fortissimè collocatis, post hæc superposita extollantur perfectionis excelsa fastigia.

Hæc elementa Alphabeti Spiritualis, & fundamenta perfectionis, Sanctorum iudicio, sunt fugæ omnium quæ displicent Deo. Quia ut benè ait S. Basilius, *Principium profectus est digressus à malo.* Hoc malum fugere docet primum F.

CAPVT PRIMVM.

De primo F.

Primum F. significat fugienda esse illa omnia quæ displicent Deo. Ea verò sunt Triplicia:

1. *Primo* & principaliter, sunt quævis peccata, quæ quia intrinsecè mala sunt, positivè displicent Deo, ideoquæ & in hac vitâ & in alterâ puniuntur à Deo.
Porro notandum est 1. ex doctrinâ Philosophorum Moralium, Rerum circa mores fugiendarum tres esse species, *Vitium, incontinentiam, & feritatem seu immanitatem.* Ita docuit Aristoteles. Similia verba habentur apud Theagum Pythagoræum, à quo ea accepisse Aristotelem existimat Patricius tr. 2. discuss. Peripat. c. 7. in fine.
2. *Vitium*, est habitus ad operationem malam inclinans lege naturæ, vel diuinâ, vel humanâ vitiant, & rectæ rationi contrariam. Et, ut est ab incontinentiâ & immanitate diuersum, significat simplex vitium, sine passionum commotione, à solâ voluntate pendens, & ut dicunt Itali, sanguine frigido committi solitum; à sanguine fredo.
3. *Incontinentia*, est flagitium ex vehementi commotione passionum admissum, ideoquæ ait Aristoteles incontinentem minus peccare,

1.7. Ethic.
in c. 1.
1. de virt.1.7. eth.
sæpe.

& maiore venià esse dignum, quàm simplici vitio laborantem, qui sine commotione passionum vitrò & ex malitiâ peccat, turpe aliquid faciendo, ut si non iratus, quàm iratus, iniuste aliquem verberaret.

Immanitas seu feritas, est quædam enormitas vitij, ferinum quiddam & bestiale præferens, & ordinarios prauitatis limites enormiter transiliens: & opponitur, ut ait Aristo. 1.7. eth. teles, *virtuti heroica* quæ est, excellentissima quædam virtutis perfectio, constituens hominem quodammodo diuinum. Talem feritatem ait cap. 5. fuisse illius mulieris, cui volupe erat alio gaularum rescissâ, extractum inde fetum comedere, & eorum qui turpi cum masculis consuetudine se fædant.

Itaque hæc sunt quæ maximè displicent Deo, & fugienda sunt omnino iis, qui volunt placere Deo, & proficere in virtutibus, & ad vitæ sanctæ perfectionem peruenire.

Sed hic obiter secundò notandum est, perperam Stoicos teste Plutarcho sensisse; Virtutem nemini communicari, nisi omni profus vitio careat: id enim falsum esse, & Sacræ litteræ, & Sancti Patres, & experientia demonstrant. Tantùm ergo laborandum est, ut quantum fieri potest in hac nostræ naturæ fragilitate, à vitis abstineamus, ea extirpemus, fugiamus cum Diuinæ gratiæ auxilio, & sensim nos ab iis liberemus, tanquàm ab iis quæ displicent Deo.

Secundò, displicent Deo, violationes Regularum Religiosarum (& similium legum, in aliquibus piis Congregationibus præscriptarum) etiam illarum, quæ ex se non obligant ad peccatum: tum quia displicent & vitæ sunt à Vicariis Dei, Superioribus nostris, Diuinæ apud nos voluntatis interpretibus, quos *audiendo vel spernendo, Deum audimus vel spernumus*, Christi Domini iudicio; tum quia vix aliquando violantur Regularum Religiosarum sine aliquo peccato, ob causas quas adfert S. Thom. & ibidem explicat Caiet. ac noster P. Thom. Sanc. & ob plures alias, quas numero in Opusc. de Obseruatione Regularum.

Tertiò, displicent Deo, seu potius, non placet quædam imperfectiones operum, quæ, etsi propriè loquendo peccata non sunt, animam culpâ aliquâ maculantia, sunt tamen iudicio Dei vel Sanctorum reprehensione digna, & ut paulò post videbimus, reprehensa & improbata à Sanctis. Talis imperfectio fuit in Petro Apostolo, dum auditâ Christi morte Hierosolymis perficiendâ, dixit ei: *Absti à te, Domine, nõ erit tibi hoc.* Quæ verba displicuisse Christo manifestum est, quia statim dixit Petro: *Vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapias ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.* Quæ tamen in re Petrus non peccasse, docet S. Thomas: quia, inquit, *volebat Christi passionem impedire, quodam pietatis affectu in Christum.* Et ita S. Chrysostomus, & S. Hieronymus idem, *ex magno Petri erga Christum affectu*, & B. Laurentii.

4.

1.7. eth. cap. 1.

5. de cogn. profect. in virt.

6.

Luc. 10. 16.

Tho. 2. 2. q. 186. a. 9. ad 1.

7. Caiet. ib. San. to. 1.

1. 6. c. 4. 14. 15.

Matt. 16. 22. 23.

1. 2. q. 45. a. 2. ad 1.

in Com- mentat. ren-

de casto
comuub.
ca. h. falc.
comor.
c. 3. col. 4.
c. 5.
c. 10. in
Cant.

Matth.
3. dicitur
figur.

10.
o. 2. 1.
o. 2. 1.
o. 2. 1.
c. 4. n.
5.

ct. 16.
23.
Matth. 7.
Matth. 9. 5.
Matth. 9. 5.
Matth. 9. 5.
Matth. 9. 5.

Com-
nat.

rentius Iustinianus, ex ardentis dilectione (quam alio in loco, ait non fuisse quidem carnalem, sed nec spirituales, verum sensuales) processisse dicunt. Et S. Bernardus ait à Christo *culpatum Petri consilium, non affectum, & nil aliud in eo reprehensum à Christo, quam imprudentiam*. At cur tam acriter Christus Petrum reprehendit? Responder Maldonatus: *Non tam quòd Petri culpa, si qua tamen fuit, quam rei, de qua agebatur, magnitudo merebatur*; seu, vt loco primò cit. ait B. Iustinianus, *etsi ardentem, sed humanè diligebat Christus; quarebat enim, si fortè ex sua suasionè à passionis & mortis acerbitate eum liberare posset*. Nolebat enim Christus Dominus etiam verbis Discipulorum sibi charorum suam pro salute mundi mortem destinam impediti: quod illi Petrus ex affectu humanæ sapientie (quæ homines sibi charos non vult quicquam pati, quamuis id vel ipsis vel aliis foret vile) faciebat.

Ad hanc classem imperfectionum culpâ carentium reduci potest iudicio S. Leonis Papæ, ille sermo S. Petri Apostoli in die Transfigurationis, Christum eo in loco perpetuò detinere volentis: *Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum &c.* Quâ de re sic S. Leo: *Sacramentorum reuelationibus S. Petrus in ciuitatis mundana spernens, & terrena fastidians, in æternorum desiderium, quodam mentis rapiebatur excessu, & gaudio totius visionis impletus, ibi cum Iesu optabat habitare, vbi manifestâ eius gloriâ laetabatur*. Vnde & ait, Domine, bonum est nos hic esse: *si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum, Moysi vnum, & Elia vnum. Sed huic suggestioni Dominus non respondit: Significans non quidem improbum, sed inordinatum esse quod cuperet, cum saluari mundus nisi Christi morte non posset.*

Ex quibus verbis S. Leonis duo habemus: Primum, Petri hoc desiderium, vno expressu, non fuisse peccatum, quia ait illud, non fuisse improbum. Præterea dicit, id profectum fuisse ex contemptu rerum mundanarum; & fastidio terrenarum, & ex desiderio æternorum: cum tali autem mentis dispositione peccata esse non solent, immò, si quæ tunc se ingerant, per eam velociter excluduntur. Deinde S. Leo ait, S. Petrum tunc fuisse in quodam mentis excessu, & fuisse impletum totius visionis gaudio: qui hominis status magis est contrarius peccatis, quam prior. Denique S. Matthæus ait: Discipulos viso Christo Domino ita transfigurato, timuisse valde: & S. Marcus, fuisse timore exterritos. Fuisse autem eum timorem (vt dicunt Euangelistæ duo) & gaudium (vt ait S. Leo) tam magnum, vt quodammodo obsecraret vsum rationis necessarium ad peccandum in adultis. Hinc dicit & S. Marcus & S. Lucas, Petrum tunc nesciuisse quid diceret. In tali autem statu mentis, à passionum motu inuoluntario & repentino (præfer-

tim ex sanctis rebus mente vel sensibus perceptis) orto, peccatum non committi docent Theologi cum S. Thoma; sed eam ob causam maximè, quia Petrus, dum illa diceret ad Christum, erat alienatus à mente & ratione, & extra se raptus, virtute Spiritus Sancti, vt ait Tertullianus & S. Ioannes Damascenus, & quoad defectum rationis (etsi non quoad causam eius) Origenes, Quocirca S. Petrus hac in re non peccauit, quin potius in eo, vt ait S. Ambrosius, non inconsulta petulantia, sed pramatura (id est non plenè matura) deuotio fructum pietatis accumulauit.

Vnde sequitur, quod secundo loco annotandû dixeram, hoc desiderium & sermonem Petri, fuisse quandam imperfectionem inculpabilem: quia, vt eam vocat S. Leo, erat desiderium inordinatum: & vt ait S. Ambr. pramatura deuotio; & vt B. Laurentius Iustinianus, ardens Christi amor & tenerimus, sed nondum spiritualis, verum sensualis. Diuersæ sunt ergo res, peccatum & imperfectio.

Quod vt adhuc intelligatur melius, aliorum Sanctorum autoritate hoc stabilendum est magis, S. Basilius ponderans Christi responsum datum Petro reuerti, à Christo pedes (à quo inuitatus erat ad hoc) sibi lauari: *Si non lauro te, non habebis partem mecum*, sic ait: *Quamuis nullam significationem peccati aut alicuius contemptionis dederit, sed potius honore, qui herum decebat, vsus esset, ac cum cultum ac reuerentiam exhibuisset, quam exhibere seruum & discipulum par erat, tamen ob rem eiusmodi ei iactata sum mina, vt nisi promptitudine ac velocitate obedientia, velocitatem suam correxisset, non illi profectò beatitudines à Deo in eum profectæ, non dona, non promissiones sufficissent ad præsentem illam inobedientiam expiandam.*

Quibus in verbis ait S. Basilius inobedientiam Petri ortam ex reuerentiâ erga Christum, non tantum peccatum non fuisse, sed nec significationem habuisse peccati: tamen indiguille expiatione, subsecuta promptæ obedientiæ.

Sic & S. Gelasius Papa in Decreto à Gratiano relatus ait, B. Petrum Apostolum pro affectu Diuina reuerentiæ, ipsi Domino respondisse: *Non lauabis mihi pedes in æternum*. Ideò, inquit S. Ambrosius, ministrum recusauit, quòd grauari humilitatem serui crederet, si sibi obsequium Domini patienter admitteret. Talis imperfectio videtur fuisse & illa curiositas Petri, scire cupientis à Christo Domino, quid futurum esset cum Ioanne, pro quo respondit Christus Dominus: *Quid ad te & tu me sequere*. Quod Christus Dominus dixit, vt obseruauit S. Chrysostomus, Petri seruiorem retundens, qui semper in huiusmodi interrogationibus seruientis prostrebat, & ex nimia charitate id diceret, nolens ab eo diuidi.

1. 2. q. 77.
a. 6. ad 2.
& a. 7. &
a. 8. ad 3.
& q. 2. a.
3. ad 3. &
q. 4. a. 6.
ad 3.
Ter. l. 4.
con. Mar.
c. 22. Da.
or. de
transfig.
Orig. tr. 3.
in Matth.
Ambr. in
c. 9. Luc.

Iust. fac.
amor. c. 3.
col. 4.

Orat. 3. de
peccato.
Ioa. 17. 8.

C. Beatus
Paulus.
de his qui
in it. c. 6.

Ioan. 21.
ad te & tu me sequere.
h. 37. in
Ioan.

Verum est igitur, aliud esse peccatum, aliud imperfectionem : & hanc quoque expiatione indigere, ac proinde non placere Deo, etiam si proprie loquendo culpa & peccatum non sit.

Reg. 1. cap. 2.

Idem S. Basilius in moralibus: Evidens, inquit, argumentum est, aliquem charitatem Christi erga proximum non habere, si fecerit aliquid, quod eius vel rem, vel animum offendat, & fidem impediatur, licet genere ipso, quod fiat, concessum sit a scriptura. Cum ergo scriptura peccatum non concedat, & quod concedit, peccatum non sit, & tamen S. Basilius dicat aliquid tale offendere proximum, & fidem impedire (quod sane imperfectio est) hoc ipso docet non omnem imperfectionem, esse peccatum; & talem imperfectionem ait esse illam, de qua Apostolus loquitur in Epistola ad Romanos: Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulat. Noli cibo tuo illum perdere, propter quem Christus mortuus est. Quis autem dubitet displicere Deo talem? displicet ergo & imperfectio, etsi clarum peccatum non sit.

Rom. 14.

1.6 Reg. epist. 7.

Hoc ipsum confirmatur praeclearo testimonio S. Gregorij Papae, qui reprehendens quosdam Episcopos, quod in consecratione novi Episcopi Cyriaci, vi essent illis Psalmi verbis, quibus Ecclesia vitur in festo Paschatis: *Hec est dies quam fecit Dominus &c.* sic ad eos scribit: *In creatura laudem vox dari illa non debuit, quae soli convenit Creatori. Sed cur ista reprehendo? qui quam gaudia mentem rapiant scio: Charitas enim vestra magnam vobis laetitiam genuit; quam videlicet mentis laetitiam in saore lingua secuta est. Quod cum ita sit, laus ista culpa iam dici non potest, quam charitas inveniit. Si ergo laus ista culpa non fuit, ea tamen a S. Gregorio Papa reprehensa fuit, hinc sequitur, talem laudem, imperfectionem culpam vacantem, reprehensionem tamen dignam, & displicentiam fuisse.*

8. Aug. tra. 94. in Ioa. Bern. 5. 3. & 6. de Ascens. & 8. 2. in Cant. Iust. fac. an. cap. 3. col. 4. f. 6.

Ad hoc caput referri debet amor discipulorum Christi humanus nimius erga Christi humanitatem, notatus a S. Augustino, & a S. Bernardo qui eum appellat carnalem, & B. Laurentius Iustinianus, sensualem: quem Bernardus ait fuisse impedimento, ne Apostoli manente Christo cum illis replerentur Spiritu sancto. Nemo tamen dixerit, amorem illum fuisse cum peccato coniunctum. Sic B. Laurentius Iustinianus Petri ardentem erga Christum dilectionem, qui volebat eum pati & mori, humanam & carnalem vocat, ab incarnata Sapiencia inuectione durissimam repressam. Potest ergo esse imperfectio inculpabilis sine peccato, & tamen displicere adeo Deo, ut impediatur influxum copiosorem donorum Spiritus Sancti, & Dei ipsius reprehensionem mereatur.

pt. 26. col. 6.

Et S. Ioannes Climacus: *Sunt apud spirituales viros quaedam plerumque vilissima vitia, mira Dei dispensatione in eis relicta, ut per vitia illa, quae sine peccato sunt, se ipsos semper valde accusantes, humilitatis opes inuolabiles acquirant.*

Tale fortassis fuit vitium, quod tamen pra-

humilitate S. Augustinus appellat peccatum, 1. 10. Con- dum dicit: *Cum mihi accidit, ut me amplius cantus fecit. 33.* (Ecclesiae) quam res qua canitur, moueat, penalius me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem. Quod quidem nec imperfectio fuit, si quidem ei inuoluntaria fuit, & per se non est mala. Sicut si quis sentiat delectationem cibi moderati, nolens eam sentire, immo volens, tanquam qualitatem a Deo cibis inditam, & Dei donum, cuius moderatus & decens usus, & experimentum gustus, nullum est proflus peccatum. Talis quoque videtur esse imperfectio, quam S. Gertrudis Virgo in se agnouit post acceptum suauissimum a Christo Domino osculum: *per quod recognouit se praecedenti die contraxisse aliquam maculam ex hoc, quod humano affectu acceptauerat quoddam beneficium, a quadam persona sibi impensum.* Et alia vice diuinitus audiuit: *Quamuis iustitia librante, interna suauitate spiritualis intellectus carueris, pro eo, quod propria voluntati consentiens, in modulatione sonori cantus, es humane delectata, tamen scias tibi meritum futurae retributionis adhaerere ex eo, quod in seruitio meo laborem eommodo praetulisti.*

1.4. c. 37. in finem. diu. piet.

Merito ergo S. Vincentius Ferrerius, magnus vita spiritualis Magister, in aureo suo Opusculo de vita spirituali scriptum reliquit, inter perfectiones varias, septimam esse, vitare viriliter omnem personam, & omnem creaturam aliam, quae impelleret eum, aut sibi esset occasio, non solum ad peccatum, sed etiam ad aliquam imperfectionem vite spiritualis. Existimavit ergo, aliud esse peccatum, aliud imperfectionem; quam cum vitari debere asserat, supponit displicere Deo aliquo modo, etiam imperfectionem, etsi non in eo gradu, quo displicet Deo peccatum, proprie & in rigore loquendo.

9. cap. 16.

Confirmantur haec omnia praeclearo dicto Abbatis Charemonis apud Cassianum, dicentis: *Ea nimia quae a Sanctis admittuntur, per sermonem, per cogitationem, per ignorantiam, per obliuionem, per necessitatem, per voluntatem, per obreptionem, licet ab illo peccato, quod ad mortem esse dicitur, aliena sint, culpa tamen ac reprehensione carere non posse.* Culpa enim sola vera peccata comitatur, reprehensio autem violationi Regularum quarundam & imperfectionibus debetur. Multa autem a Sanctis admittuntur per obliuionem, per ignorantiam, per cogitationem, per necessitatem, quae ne quidem culpa sunt veniales, sed meri defectus & imperfectiones inculpabiles. Talis fortassis fuit imperfectio in S. Maria Magdalenâ, anxietas, quâ Corpus Domini Iesu mortui in sepulchro querebat. De qua sic P. Ludouicus de Ponte discurre: *Anxietas illa, licet in aliquo defectu fidei Resurrectionis Christi fundaretur, quia tamen ex seruenti eius amore, & pia intentione procedebat grata erat ipsi deo. Sed si grata ei fuit, peccatum non fuit, hoc enim non est gratum, Deo, sed displicet.*

Coll. 11. cap. 10.

5. p. Med. Med. p. 4. c. 2.

Quo-

10.
33.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.
61.
62.
63.
64.
65.
66.
67.
68.
69.
70.
71.
72.
73.
74.
75.
76.
77.
78.
79.
80.
81.
82.
83.
84.
85.
86.
87.
88.
89.
90.
91.
92.
93.
94.
95.
96.
97.
98.
99.
100.

Quocirca bene præter alios Theologos. docet Svarius noster; imperfectionem latius patere, quam culpam venialem.

Tales imperfectiones multæ sunt vetitæ in Regulâ allatâ diuinitus ab Angelo misso ad S. Pachomium apud Palladium, & in Vitis Patrum à nostro Rosweido collectis. Talis fuit fletus clamorofus S. Catharinæ Senensis, quæ cum effuso ploratu suo, vicina adstanti altari, molestiam Sacerdotibus afferret, Missam celebrantibus. iussu Confessarij deinceps longè ab altari distita genua flecebat in Oratione, vt scribit in eius virâ B. Raymundus & Catharinus.

Non sunt parui faciendæ etiam imperfectiones eiusmodi, quæ non habentur pro peccatis, sed iudicio Dei, qui videt nostra omnia meliùs quàm nos, verè sunt aliquando peccata; etsi nobis oculos obfuscatos habentibus, non videantur esse peccata: à viris tamen sanctis, tales aliquæ tanquam peccata vitantur, & confessioni subiiciuntur. Nam, vt ait S. Dorotheus, *Viri sancti, quando magis adherent Deo, & illi propius accedunt, tanto se magis peccatores agnoscent, & desertiores ducunt*: etiam ob imperfectiones inculpabiles iudicio vulgi.

De talibus imperfectionibus dicebat B. Catharina Gennevisis: *Cognitissimum mihi est (ita vertit Matthias Thanner Carthusianus) quòd quando amor purus vel exiguissimam imperfectionem deprehendit, si Deus non auerteret cogitationem, in puluerem redigeretur, non corpus modo sed & anima nisi esset immortalis*. Et ostendens quomodò Deus dirigat animas, à peccatis deliberatis abhorrentes, & ad omnem possibilem perfectionem toto conatu anhelantes, & diuinæ gratiæ conantes cooperari, & ei se subdere quàm maximè, ait: *Quia homo conspiciens suas imperfectiones nequiret perferre, Deus semper ipsi demonstrat opus perfectum, tanquam nulla subesset imperfectio: sed interim non cessat eadem ipsi adimere, licet omnem intellectum fugiant. Etenim homo qui se totum Deo tradidit, omnemq; virtutem ac perfectionem propter ipsum appetit, & quam studiosissime consecratur, si cerneret quanti momenti vna tantum festucula imperfectionis apud Deum esset, deinde tot in se aduerteret, Deo tam contrarias quos de die in diem Deus detegit & aufert, impossibile foret, quin præ desperatione interiret: idcirco paulatim, ita vt homo non deprehendat, illi tollit, & quamdiu præfens vita ducitur, dulcis eius bonitas indefuenter sic nobiscum agit*.

Ideo SS. Patres, varias res quæ nullam videntur præferre peccati speciem, vetant; & talia possumus appellare imperfectiones.

S. Ambrosius aduersus naturam ait esse, si quis manu sinistra cibum suggerat; quod etiam valdè improbat S. Basilius. Id tamen nullus tanquam peccatum damnaret. S. Boquaegtura vetat in sedendo erura extendere, aut diuicicare, vt in sedendo erura extendere: quod etiam alij Patres valdè improbant, S. Basilius, S. Vincen-

tius, & Clemens Alexandrinus. B. Ilaïas vetat orantem inniti parieti; & S. P. Nolter Ignatius vetabat inniti scamno ante se posito, idè in Regulis antiquis manu scriptis: *vt quotidie nostri visitarentur, num orantes instar incumbentium scamno genua flecerent*. S. Hieronymus improbat suspiria coram aliis, & tenuem ac effæminatam vocem: seu, vt ait S. Bernardus, *maliebre quidpiam balbâ de nare sonantem*. Cassianus damnat elatam in oratione vocem, dum quis, vt ait idem damnans Tertullianus, *clariùs adorando proximis obstreperit: & qui manus sublimiùs effert, vultu in audaciam porrecto*. Idè non benè faciunt ij, qui aliis præsentibus propè, siue horas Canonicas, siue alias preces recitant ita voce elatâ, vt vicini audiant quæ recitantur & impediuntur in suis precibus. S. Philippus Nerijs etsi esset dono orationis & contemplationis ornatus, tamen, dum Missam dicens audiret vagitum infantis, id ægrè ferebat. S. Ignatius vetat, ne dum incedimus, manus agitemus, instar seminantium; & ne celeriùs quàm par sit incedamus.

Tales imperfectiones improbat à Sanctis, etiam contra ciuilitatem morum, à me enumerantur plurimæ in toto Opusculo de curâ minimorum, & valdè inculcabatur eatum fuga à nostro P. Balthasare Alvarez Viro sancto, qui cum esset Patrum tertij anni & simul Nouitorum Magister, vltra ducentas annotauerat, & scriptas in quadam tabulâ, publiceque expositas esse volebat ad Domesticorum instructionem, vt non tantum interior animæ status, sed exterior etiam ad omnem honestatem & modestiam exemplarem compositus appareret: quemadmodum in eius vitâ scriptum reliquit P. Ludouicus de Ponte, eius olim in spiritu Discipulus.

Quocirca perfectionis studiosus, fugiens omnia quæ displicent Deo supra explicata, conetur eorum esse è numero, quos sic S. Gregorius Magnus describit: *Sancti Viri, ita se in operibus suis Deo Authore custodiunt, vt omnino vnde accusentur exterius, non inueniatur: interius verò in cogitationibus suis tantâ se cautelâ circumspiciunt, vt, si fieri valeat, semper irreprehensibiles, interni iudicij oculis assistant*. Quod tanto magis nobis curandum est, quia vt ait Apostolus, *Deus reconciliauit nos in corpore carnis Christi per mortem, exhibere sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso*.

Quòd si hoc exigit Apostolus à seculi quoque hominibus, quantò magis à Religiosis, qui vt loquitur S. Gregorius Nazianzenus, debent vitam agere rebus omnibus visibilibus superiorum, diuinâq; species & imagines puras semper, nec vllis terrenis, & errabundis formis permixtas in se ipsis circumferre; & Dei rerumq; diuinarum purum omnino speculum esse, indiesq; effici. Aptâ similitudine hic S. Doctor Religiosum hominem speculo comparauit. Sicut enim speculum læue & benè

Basil. de abdic. rer. Vince. de vit. spir. c. 7. Cl. 1. 2. pedag. c. 7. Ila. orat. 3. Reg. M. 3. Epist. 1. de ordin. vitæ. 1. 2. hist. cap. 10. 1. de orat. cap. 13. Reg. 9. Modest. 15. c. 22. §. 2. 16. 1. 11. Mor. cap. 19. Col. 1. 22. 17. Apol. de vita fuga. Q. 4. ter.

18. I. de in-
spaniis.
19. de iur-
riori do-
mo.

20. Orat. de
furo.

21. S. de tripl.
custodia.

Ephes. 5.
26. 27.

S. Aug. ep.
50. & 1.
Donatist.
post col.
c. 7. & l. de
perfect.
rust. c. 15.
Ber. S. 38.
Cant. &
S. de C6.
uerf ad
Cler. c. 25.

22. Iustia de

terfum, ac splendidum, non solum luto aut alia
faeculentia materia, sed ipso habitu & afflatu in-
ficatur, ita Religiosum, non tantum peccatorum
macula, sed etiam imperfectiones deformant
in oculis Dei & hominum virtute pradio-
rum. Nam, ut bene conditionem speculi expli-
cans Aristoteles ait, *Specula non secus ac mundissimi-
ma vestes celerrime notam aliquam contrahunt. Quod
enim mundum est atque purum, ex cute commonstrat
quidquid excipit: & potissimum minimos motus. Et
enim quod laeue tersumq; sit, qualemcunq; tactum
maxime sentit.* Quocirca S. Bernardus ita no-
strum cor purum esse vult, ut nihil morari intra
se patiatur mali, nec modicum quidem offendiculum
tolerabile reputer, aut in conscientia sua, aut in aliena.

Quod etsi omnibus Dei Sertis esse debet
cura, tamen magis illis, quos Deus vel ad Sa-
cerdotium, vel ad aliorum regimen, vel ad al-
tiores virtutis gradus euexit, & veluti in medio
Principum suorum collocavit, quod S. Gregorius Na-
zianzenus habet, Virginem alloquens: *Illud, in-
quit, velim non ignores, rugam tibi vnam turpiorem
esse, quam maxima vulnera iis, qui in mundo viuunt;
nec enim tam notabilem & conspicuam in sordidus
quam in puris vnius coloris vestibus labe aliqua sordi-
tatem habet. Per rugam in facie, quae vere ma-
cula non est, possumus in hoc Nazianzeni loco
imperfectionem inculpabilem intelligere.*

De culpis autem etiam minimis, quanto pe-
re dedeant virtutis assecles, sic scribit S. Ber-
nardus: *Quod nitidiores manus, eo grauius quibus mi-
nor nauis, in eis offendit: & sicut pretiosam vestem
exigua quouis macula turpius decolorat. Nobis ad im-
munditiam (peccati) minima qualibet inobedientia
sufficit, nec iam nauis est (vti sunt imperfectiones)
sed grauis macula, si in actionibus nostris vel minorum
residet negligentia mandatorum. Et cum omnes si-
mus filij, immo pars Ecclesiae Sanctae Dei, de-
bemus esse non tantum sine macula peccati
(quantum fieri potest) sed & sine ruga imper-
fectionis, quia, vt ait Apostolus, Christus Do-
minus caput Ecclesiae, se ipsum tradidit pro ea, vt
illam sanctificaret, & exhiberet sibi gloriosam, non
habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huius-
modi.*

Quod si de caelesti Ecclesia intelligendum
est, vti putat S. Augustinus, & S. Bernardus, &
B. Laurentius Iustinianus, aemulari debemus
Ecclesiae caelestis puritatem. Si vero de Ecclesia
militante id ab Apostolo dictum est, vt volunt
SS. Fabian. Papa S. Hormisdas Papa & S. Chry-
sostomus & S. Augustinus & S. Gregorius Papa
& S. Gelasius & Concilium Toletanum VI. &
Sixtus III. & S. Hieronym. tanto magis id cura-
re debemus, tanquam possibile per Dei gra-
tiam, etiam in hac vita.

Porro fugam peccatorum esse ad perfectio-
nem acquirendam necessarium medium, &

quidem primo omnibus praemittendum, cer-
tum esse debet, Quia, vt dicit S. Ambrosius,
*Initium bonorum est abstinentia malorum. Non potest
enim virtus, inquit S. Bernardus, pariter cum vitio
crescere: Ergo vt illa vigeat, ista crescere non sinantur.*
Et quod magis illa decreuerint, eo vberius cre-
cent virtutes. *Quantum a vitio recesseris, ait Euse-
bius Emisenus, tantum virtutibus appropinquabis.*
Nec tantum virtutibus, sed etiam aliis Dei do-
nis, quae sunt veluti ornamenta, & appendices
virtutum, sit accessio per fugam vitiorum. Hinc
noster S. Franciscus Xaverius, vt scribit in eius
vita Turcellinus, dicebat *quantacunque est defectio
malorum, tanta est caelestium accessio donorum.*

Quocirca praeproperè mihi videntur illi ac-
cere, qui allequenda perfectionis studio ac-
censi, non a vitiorum ac imperfectionum acti-
extirpatione & fuga sumunt initium, sed vel à
maceratione corporis, vel à diuturnis precibus,
ac certis deuotionibus, de diminuendis vero in
dies peccatis, sunt minus solliciti: vnde fit, vt
non liberiores purioresque ab iis in fine an-
ni habeant, quam in eius exordio, animam. Et
quod deterius est, tam multis solitam, post mul-
tos diuini obsequij annos, maculari mentem
defectibus, & forè pluribus, quam fœdaretur
in ipso tirocinij primordio. Quae causa solet esse
potissima, cur ij qui tales sunt post multorum
decursum annorum, non experiantur se esse
magis humiles, magis obediētes, magis deu-
otos, magis simplices, inagis minima & in bono,
& in malo curantes, magis paupertatem aman-
tes, magis castos; magis & domi, & apud exter-
nos exemplares, magis exercitiis compositos,
magisque modestos, magis perfectionem desi-
derantes propriam & alienam, magis resigna-
tos ad omnem Superiorum de se dispositio-
nem, quoad omnia, sine vlla exceptione & resi-
stentia: & quod peius est, ordinariè contingit
vt hi qui de conseruanda in summa puritate
anima, non sunt solliciti, maiorem in virtutibus
supradictis difficultatem sentiant in maturâ a-
tate, & frequentius labantur in contraria vi-
tia vel defectus, quam in Nouiciatu. Quod si-
gnum est certissimum, illos non profecisse, sed
defecisse à progressu virtutum. Quocirca ne
hoc contingat, rationes in diuino obsequio, suū
in Domo Dei famulatum inchoent ab extirpa-
tione & fuga vitiorum & imperfectionum. Has
possumus appellare nauos, peccata vero, nauicu-
las: quia S. Bernardus, *maculam*, aliquid maius
putat esse nauos: peccata autem sine vlla dubita-
tione maius quid sunt, quam mera imperfec-
tiones. Et alibi ait, malam cogitationem, cui
non praebet affectus & consensus, esse nauum, non
morbum. Vel potius talis imperfectio, vocanda
est, *fragilitas*, quia intercessio Monialium pro
recipiendâ quadam Virgine, sic appellata est, in
quadam visione S. Franciscæ Romanae à S. Pau-
lo Apostolo, & à S. Benedicto Abbate, nomi-
ne

dise. &
perfect.
Monast.
conu. c. 4.
col. 5.
23.
Fab. ep. 3.
ad Hilar.
Gel. decr.
de Apo-
cryph.
Tol. c. 1.
24.
Six. epist.
vn. cap. 5.
Hier. in c.
5. Ephes.
25.
S. Clem. 2.
Const.
cap. 61.
S. Hor-
milda p.
ep. 75. ad
Iustinum
Impera.
S. Chry.
& Theo-
ph. in Com.
S. Aug. l.
41. de
sanctis. S.
Gregor.
l. 2. mor.
cap. 29.
in Psal. 1.
Ser. 18. in
Cant.
l. 6. ca. 13.
26.
27.
Am.
l. de dig-
nitate
ca. 2. 3.
Hieron.
in Eze-
ch. 3. 1.
Anacret.
Ser. 77. in
Cant.
S. de tripl.
custod.
libr. 4. vit.
cap. 16.

CAPVT SECVNDVM.

De praxi primi F.

Seu de modis fugiendi peccata, quae displicent Deo.

ne B.V. Mariae missis ad eam, & cum illis eidem apparentis. Ob quam receptionem eius, in immaturâ aetate factam, rigidè reprehensa est S. Francisca à dictis Sanctis, quamvis rogantibus omnibus suis oblati seu Monialibus, & consentientibus tribus eius confessoris, S. Francisca mota, eam acceptasset (contra voluntatem & cum offensione Consanguineorum illius puellulae, contra Moniales ob id valdè exasperatorum) & quidem petentem acceptari, & moram ad id bono exemplo & aedificatione illarum Monialium. Quae cum essent in magnâ paupertate constituta, iudicant bonum remedium contra eam fore, si diues Virguncula, à qua posset subleuari domestica rerum penuria, uti ipsa meterebat, reciperetur. Proinde Virguncula illa relicta est propriae libertati, & ita cessant molestiae à cognatis illius, Monialibus S. Franciscae Romanae exhibitae.

Non sola ergo peccata merentur reprehensionem, sed etiam quaedam res non malae, imò bonae, bono sine factae, uti fuit haec intercessio Monialium pro receptione Virgunculae statum monasticum expetentis ob finem bonum, quâdo accedit aliqua circumstantia, etsi non inducens peccatum vllm, in actum aliquem, tamen reddens illum aliquo modo imperfectum seu non omni ex parte perfectum. Vident ergo titones quavis peccata & imperfectiones statim in suo tirocinio. Quod ut eis benè succedat, adhibeant cum suorum Superiorum expresso consensu, tanquam magna adiumenta, accuratissimas meditationes, & conscientiae examina, mortificationes carnis, praesertim confusio num publicarum: his enim adminiculis excitati, facilius impetrabunt à Deo extirpationem & fugam vitiorum, quam illi, qui haec aut irrident & contemnunt, & minus curant quam in literarum studio, ac humanâ sapientia progressum. Praeterea per haec ipsa adminicula impetrabunt à Deo frequentiora & efficaciora eius gratiae auxilia, quibus excitati & adiuti, elicient actus innumeros variarum virtutum, per quos non tantum infusarum Theologicarum (ut loquuntur in Scholis) & moralium virtutum, sed acquiruntur etiam habitus acquiruntur eximios; quorum beneficio, ut docet S. Thomas, facile ac promptè & sine difficultate, perficit homo singula genera bonorum operum. Quorum frequentatione assidua semper augentur magis ac magis iidem habitus virtutum, & homo indies fit perfectior, & propius ad Dei accedit similitudinem, quae consistit in aggregatione virtutum: ut docent SS. Patres, Basilus, Chrysostronus, Ambrosius, Hieronymus, Bernardus & alij nonnulli.

Fides Catholica nos docet, excepto Christo & Beatissimâ Virgine Maria, omnes homines esse obnoxios peccatis. In multis offendimus omnes, inquit S. Iacobus Apostolus. Et non est homo iustus in terrâ, qui non peccet, ait Ecclesiastes. Hinc meritò S. Augustinus; Excepta, inquit, Sanctissimâ Virgine Maria, si omnes illos Sanctos, cum hinc viuerent, congregare possemus, & interrogare, vtrum essent sine peccato? Quid fuisse responsuros putamus? nisi, quod Ioannes Apostolus: Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quocirca etiam SS. Apostolos, post acceptum Spiritum sanctum, venialibus peccatis fuisse obnoxios, ait Origenes, S. Augustinus, Ioan. S. Caesarius, S. Bernardus, & alij. Vnde meritò damnata fuit doctrina contraria, tanquam haeresis Pelagiana, teste S. Hieronymo, & S. Augustino, docens, vitam iustorum in hoc seculo, nullum omnino habere peccatum, & ex his Ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, ut sit omnino sine maculâ & rugâ. Damnata autem est haec haeresis (praeter Scripturae loca citata ei contraria) in Concilio Mileuitano & Tridentino, quod ait: Iustorum illam vocem esse, & humilem, & veracem: Dimitte nobis debita nostra: quia in hac mortali vita, quantumvis Sancti & iusti, in leuia saltem, quae etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadunt, nec propterea desinunt esse iusti. Quapropter benè docent Theologi cum S. Thoma non posse à iustis vitari omnia peccata venialia, hoc est ita, ut nunquam peccent, & in nullo labantur, posse tamen Deo adiuuante quoduis peccatum per se & sigillatim sumptum, vitari à quouis; alioquin, ni ita homo ea posset vitare, non peccaret, quia non liberè peccaret, ad libertatem enim hominis spectat, ut id quod liberè facit, possit etiam non facere, si velit. Praemissa hac doctrinâ tanquam certâ, videndum nunc est, an & quibus modis, beneficio auxiliorum efficacium Diuinæ gratiae, partim communium (quae multis dantur) partim rarorum, & valdè specialium, quae selectis & feruentioribus Dei seruis largitur ob Christi merita Deus, an, inquam, & quibus modis, possint virtutis studiosi fugere ea quae displicent Deo, scilicet peccata venialia, multò magis (quia id facilius est) mortalia. Tractaui hac de re in Opusculo, de indicibus profectus, & copiosius in altero Opusculo, de gradibus puritatis. Ex quibus nonnulla huc transferenda, selectis additamentis locupletanda.

Primo

31. *Primus modus est, vel nunquam omnino vllum peccatum veniale committere; vel per multos annos, nullum veniale cum plenâ deliberatione. Illud, in hoc vitæ statu fieri à nobis non potest, hoc potest. B. Clara de monte Falco, hoc maximè curabat, dicebatq; se malle quodvis in hac vitâ subire supplicium, & in frustra concidi, quàm voluntariè vnum peccatum veniale committere, vel labi in aliquam imperfectionem per quam vel ad momentum temporis separaretur à Dei amore. Et aliâ vice dixit: Se totâ vitâ suâ non commisisse vllum veniale peccatum voluntariè, hoc est, deliberatè. Indignum enim proflus, & à ratione alienum est, inquit B. Laurentius Iustinian. vt anima voluntariè delinquens, & propriam non agnoscens deformitatem, copuletur Verbo Dei, & caelesti Sponso. Maiore censurâ notat peccata venialia, plenâ deliberatione commissa, S. Cyprianus Martyr: Non pertinet ad te, Domine, nec de tuis est, qui te non diligit, nec diligit te qui te scienter (hoc est cum plenâ deliberatione) offendit. Quocirca dictum fuit S. Briggittæ à Diuinâ iustitiâ: Scienter peccans, venit in manus diaboli. Et, vt aliâs eidem dixit Christus Dominus, Omnis qui scienter peccat, & ex industria contra Deum, nisi precedente magnâ Contritione, incurrit iudicium Dei & mundi. Sed perfectionis studiosi non tam peccatum metu, quàm Dei Patris nostri amantissimi amore retrahi debent ab eius offensis, etiam venialibus, de industria commissis. Quis est Filius, inquit S. Basilius, qui propositâ ipsi parentis gratiâ, cum in rebus maioribus illi obsequatur in iis, quæ leuioris momenti sunt, prudens. (hoc est, sciens, datâ operâ, deliberatè, de industria) ipsum velit offendere, ac non multò magis verborum Apostoli illorum memnerit: Nolite contristare Spiritum Sanctum in quo obsequati estis.*

Excelsit hac in re noster Ioannes Berchmans, qui toto quinquennio, quo in Societate nostrâ vixit, nunquam veniale leue peccatum deliberatè admisit, aut vllam Societatis Regulam violauit. Vt scribit in eius vitâ Rector eius & Confessarius P. Virgilius Ceparus.

32. *Pater Ludouicus de Ponte voto expresso se obligarat, nunquam vllò deliberato peccato offendendi Deum. Hoc autem votum perfectè ab eo esse seruatum, iuratus asseruit eius per 20. annos Confessarius, P. Petrus de Sandoual, in Processu Informatio pro illius Canonizatione factò auctoritate Episcopi Valleletani. Cardinalis Bellarminus non multò ante mortem, sincerè de se fallus est, se totâ vitâ suâ (quæ fuit annorum 79.) nunquam deliberatè peccasse: vt scribit in eius vitâ P. Iacobus Fulgatus, & P. Siluester Petra Sancta. Beatus huiusmodi homo inquit S. Bernardus, & abundanti Spiritus influens maiestate, qui terribilis & horribilus ipsa gehenna iudicat, in re leuissimâ, vultum Omnipotentis scienter offendere.*

33. *Meritò ergo iustos valdè perfectos posse totâ vitâ viuere sine peccato veniali plenè volun-*

tario & deliberato, docet Suarez, Alvarez de Paz, Cornelius à Lapide; & cum Origene malo discipulo bonus eius Magister Clemens Alexandrinus.

Secundus modus fugiendi venialia peccata est, à certis aliquibus peccatis, præsertim ab iis quæ dedecent Virum maturum & grauem, & verè spiritualem, perpetuò ita abstinere, ne vnquam tale aliquid committat, vt est mendacium, detractio, murmuratio, inuidia, contentio. B. Clara de Monte Falco, speciali studio cauebat ab omni mendacio, nec illud se dixisse totâ vitâ suâ recordabatur, vt in eius vitâ scribit Baptista Bergilius. Hoc, vt etiam eius Moniales caueret, monebat, vt idem scribit.

Insignis hac in re fuit S. Teresa Virgo. Nam de se in vitâ à se scriptâ testatur: *Se non fuisse obnoxiam muliebribus peccatis, murmuratiõis, detractiõis, ira, auaritiæ, inuidiæ.*

Noster frater Scholasticus Ioannes Ortunius, ob eximiam sanctitatem in vitâ P. Baltharis Aluarez, ab altero Sancto P. Ludouico de Ponte descripta, ca. 30. publicè laudatus in Collegio Salmaticensi ab ipso P. Aluarez tunc Rectore ipsius, & quidem per Exhortationem ab eo habitam de heroicis sancti huius fratris virtutibus; cùm ante mortem fecisset Confessionem generalem coram P. Stephano Ouedio, suo in Philosophia Professore, P. Ouedius post eius mortem testificatus est, non solum se non inuenisse vllum peccatum lethale, aut de quo, quod tale fuisset, posset dubitari: sed neque peccata venialia grauius & aduerterer facta, cùm tamen in flore esset tunc sua iuuentutis, vt qui 23. annum ætatis non excederet. Vt mirum non sit, in eadem Exhortatione auditum esse à P. Ludouico de Ponte, dictum à P. Aluarez; *Quod nunquam legisset in Vitis Sanctorum Patrum Eremiticorum res grandiores, quàm in hoc fratre vidisset, tum Metina, vbi fuit eius tirocinij Magister, tum Salmaticæ vbi eius fuit Rector literis operam dantis.*

De S. Chrysolomo scribit ex Sophronio Baronius, illum post susceptum baptismum, nunquam esse mentitum.

De Cardinali Bellarmino supracitati eius vitæ Scriptores asserunt, ex ipsius Bellarmini confessione sincerâ acceptum, eum totâ vitâ, ne quidem in puerili ætate (quæ ad hoc vitium procliuus est) fuisse vnquam mentitum.

S. Gregorius Nyssenus refert S. Ephræmi morti proximum de se dixisse: *In omni vitâ meâ sermo stultus non est egressus è labiis meis, in omni vitâ meâ neminem maledictis affeci, & omnino nullo cum homine Christiano contemti.*

Anuph quoque vir sanctus, laudatus à Rufino & Palladio in Vitis Patrum, *Ex quo nomen Saluatoris in persecutione confessus est, custodiuit, ne post confessionem veritatis, mendacium de eius ore procereret. Et S. Chrysolomus, An tu, inquit, leuem culpam habere eum existimas, qui detrahit fratris, qui inuidet potiori, qui disponit dolos, meditatur insidias: pecc. per.*

Bapt. Bergilius 2. p. v. c. 3.

3. par. c. 3.

de Card. oper. Ch. de bapt.

1. 8. Reu. cap. 48. 1. 4. Reu. cap. 125.

prooem. in Reg. ful.

Eph. 4. 30.

Ful. c. 34. S. de tripl. cohæ.

Suar. to. 3. de grat. 1. 9. cap. 8. Alu. to. 1.

P. 1. c. 9. 34. Corn. in Pro. v. 16. 1. 1. p. 2. d. cap. 2.

3. p. c. 3. 2. p. c. 16. c. 32.

35.

pag 344. in it.

pag 318. & 345.

36. Præf. Spit. cap. 191.

37. in vitâ S. Ephr.

Ruff. 1. 2. c. 10. Pall. in Lauf. cap. 58. Rosv. p. 470 co. 1. h. de leuiss. pecc. per.



Aut enim temeriter peccare existimas, qui proximum sermone circumuenis, adulatur res, opprimis innocentem, qui meliori inuader, humilem despicis, superbum extollis.

Palladius in Historia Lausiacâ narrat, Abbatem Hor, vel, ut alij scribunt, Or (qui aliquot millibus Monachorum præfuit) nunquam esse mentitum, nunquam iurasse, neque ulli malè esse præcatum, neque lacrum esse, nisi opus esset, quamuis 90: vita annos excessisset. Et si S. Gregorius scripserit, nullum esse, qui quandoque verba orosa non proferat; idem Palladius ibidem scribit Abbatem Pambonem septuagenarium morientem, in ipsa horâ excessisse, coram circumstantibus Fratribus, alisque dixisse inter alia: Ex quo veni in hanc locum solitudinis, & meam adificauit cellam, & hic habitauit, non me in hanc horam paniter alicuius sermone, quem dixerim.

Quod si iste Or est ille, quem S. Hieronymus ait fuisse Origenitam, & illum secutus est Ioannes Maria Brasichelensis Sacri Palatii Magister, tantò magis Catholicis id sperandum & curandum est, ne ab hæretico Origenistâ in die iudicij confundantur. Mihi tamen placet sententia Andreæ Lippomani, hunc Hor diuertim fuisse ab illo; in quem S. Hieronymus inuestus est, vel, si aliquando Origenista fuit, respulsisse postea, quod inuitatam non est. Nam & S. Senecus Sulpitius, errorem sectatus est Millenariorum, quem in eius Dialogorum libris reprehendit S. Hieronymus: Vnde à S. Gelasio Papa inter apocrypha relati sunt eius dialogi. Deinde in senectute suâ deceptus fuit à Pelagianis, quâuis esset discipulus & Scriptor vitæ S. Martini, & S. Paulino Nolano coniunctissimus, ut patet ex epistolis eius ad Senem scriptis: verum postea respuit, atque in se ipsum vindex insurrexit erroris. Agnoscens enim loquacitatis culpam, silentium vsque ad mortem tenuit, ut peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret, quemadmodum scribit Gennadius, & ex eo Baronius. Reliquum verò vitæ tam sanctè in fide Catholicâ exegit, ut apud multos ad publicum cultum in Martyrologiis repositus sit, tanquam sanctus, virtute & eruditione conspicuus. Idem credendum est de Abbate Hor, si quando Origenis spiritu afflatus fuit, qui etiam ipsos Romanos non paucos inuaserat. Sanè magna Dei dona, quibus ante mortem Abbas Hor diuinitus cumulatus fuit, recensita à Palladio & aliis, indicant illum in fide Catholicâ & vitæ sanctimoniam, ex hac vitâ migrasse. Quocirca in Menæis Græcæ Ecclesiæ positus legitur: sanctus Or in pace quiescit. Οσπ Οσπ Ωσ εν ειρημη πλεστηται. Meminitque eius Sozomenus Nicephorus, & quidam inseruerunt in suis Martyrologiis 12. Nouembris, ut Carthusia. Colon. in Additionibus ad Vsuarium, Maurolycus in suo Martyrologio. Vide Molanum c. 13. de Martyrologiis.

Sic olim Abbas Chæremôn Semipelagianus fuisse ostenditur à Cassiano, tamen Sanctum eum fuisse, & in Catholica doctrinâ eum obisse apparet in Iuanis à Gregorio institutis (quas refert Arnoldus Wion, & ex eo Alardus Gazæus in præclaris ad Cassianum notis) inter sanctos Monachos & Eremitas inuocatur his verbis: S. Paphnuti ora pro nobis. S. Serene ora pro nobis. S. Nestor o. p. n. S. Chæremôn o. p. n. S. Moyses o. p. n. S. Abraham o. p. n. S. Isaac o. p. n.

Tertius modus, fugiendi peccata est, etiam indeliberata & leuia, pauca committere, raro peccando ex subreptione: scio quidem scripsisse S. Ambrosium: Vnusquisque nostrum per singulas horas quam multum delinquit. Et in alio loco: Nulla dies sine peccato nostro præterit. Et S. Augustinum, humana fragilitatis quamuis parua, tamen crebra subreunt. Et B. Laurentius Iustinianus ait: Sine delicto veniali neminem diu persistere posse. Et S. Gregorius Nyssenus, humanam naturam à fordidibus integram ac puram non esse docet diuina Scriptura, que dicit, non posse inueniri inter homines, qui vnum diem absque maculâ viuat. Prou. 24. Scio etiam docuisse S. Thomam, aliquâ horâ posse hominem esse absque omni reatu peccati venialis. Vnde aliqui colligunt, eum sensisse, quod diu viuere homo sine veniali non possit. Nihilominus certò tenendum est, aliquos specialibus diuinæ gratiæ auxiliis intertis, & aliis mediis, ex parte suâ à Deo suppeditatis, adiutos & confortatos, valdè raro etiam indeliberatè & leuiter peccare: ut paulò post exemplis allatis fide dignissimis ostendam, & autoritate Sanctorum confirmabo. Sancti autem Patres præcitati cum S. Thoma, & plerique alij Theologi, dum docent iustos sæpè in peccata venialia labi, loquuntur de communi cursu, & modo viuendi iustorum, & ut ita dicam, de vulgo & plebe iustorum; prout communiter videmus iustos vel tepidos, vel non vsquequaque virtutum studio attendentes, nec toto conatu perfectioni acquirendæ intentos, viuere. Tales enim peccant sæpissimè, etiam intra horam: quod non faciunt selecti serui Dei, de quibus solis hoc assero, qui beneficio diuinæ gratiæ toto profuso & naturali conatu, & vsu supernaturalium habituum adequato, & aliorum mediocum adminiculis, diuinæ gratiæ cooperantur, cum summo seruore, eis diuinitus concesso, & cum totali animæ & potentiarum suarum applicatione. Quis autem sit iste adequatus vsus, dicam in 4. F. 3. m. c. m. m. m.

Modi ergo illi loquendi Sanctorum ac Theologorum, de communi massa iustorum intelligendi sunt, qualibus plenus est mundus. Tali loquendi modo, etiam S. Scriptura virtut, vniuersaliter quædam asserendo, quæ speciales diuinos fauores non excludunt, & selectos Dei seruos non attingunt. Quamuis enim Gen. 6. legamus: Omnis caro (id est omnes homines) corruerat viam suam super terram; tamen ibidem, Noè

Coll. 13. c. 7. 8. 9. l. 5. ligu. vitæ. Coll. 13. cap. 1.

41.

42.

l. 1. Apoll. David. cap. 2. l. de bono mortis. cap. 2. ep. 108. ad Seleuc de perf. grad. c. 1. l. de orat. in Remitte a obis debita nostra. 3. p. q. 79. a. 4. ad 2.

43.

Noè

33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Gen. 6. Noë appellatur ab ipsa S. Scriptura in ista atque
12. perfectus. Ergo is non corripitur viam suam
Gen. 6. 9. quomodo ergo omnis caro corrupta

Respondeo, omnis caro, de massa & fece homi-
num, non verò illi, qui, uti Noë, Deo fideliter
seruauerunt. Sic dum Ilaïas ait: Facti sumus, ut
M 6. 4. 6. 7. immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatus
uerfa iustitie nostre, & cecidimus quasi solum vni-
uersi, non est qui inuocet nomen tuum. Per has lo-
quendi vniuersales formulas sanctitati Ilaïe ei-
que similitudo nil derogatur, nec bonitati ope-
rum, quam viguisse in multis membris etiam
Ecclesie veteris nemo Catholicorum dubitat.

Rom. 3. 4. Sic dum Apostolus ait: Omnis homo mendax, est
locus exceptioni, & illis, quos supra comme-
morauimus nunquam fuisse mentitos, & aliis simi-
libus, à Spiritu sancto laudatis ob id in Apoc. 1. 4.
Et in ore eorum non est inuentum mendacium.
Multo ergo magis dicta Sanctorum & Theo-
logorum, frequentiam peccandi iustis adscri-
bentium, intelligenda sunt de vulgo, non de
flore iustorum, toto conatu perfectioni quere-
ndæ intentorum, & diuinæ gratiæ exactè coope-
rantium, mediisque aliis internis & externis, à
Deo talibus concedi solitis, fideliter vtiuntium.
Tales enim rarissime peccare ostendi in Opus-
culo de fugâ peccatorum venialium, & multi-
pliciter medijs, quæ iis Deus ad hoc largitur, ut
rarò peccent ab idem enumeratis, ex magnorum
Sanctorum libris excerpta. Nunc hoc ipsum ali-
quot exemplis confirmandum est.

44. In primis Iacobus de Vitriaco Episcopus &
1. cap. 6. Cardinalis Tusculanus, apud Surium 23. Iunij,
vix. in vita S. Mariæ Oëgniacensis, seu de Oegenies,
de eâ hæc scribit: Testem Deum inuoco, me nunquam
in totâ eius vitâ vel conuersatione, vel vnum potuisse
mortiferum peccatum deprehendere: si quod autem exi-
guum fortasse veniale sibi admisisse videretur, cum
tanto cordis dolore, tantâ cum verecundiâ & rubore,
cum tantâ contritione se ostendebat: Sacerdoti, ut ple-
rumque præ nimio cordis angore, inflat parturientis ex-
clamare cogetur, tamen etiam ab exiguis & venia-
libus culpis adeo sibi cauere, ut crebrò ad dies quinde-
cim, nec vnam inordinatam cogitationem in suo possit
peccatore reperire. Et quia bonarum mentium est, abi cul-
pam agnoscere, vbi culpa non est, Sacerdotum pedibus
aduoluta sese accusans, quedam eiusmodi etiam cum
lachrymis confitebatur, ad quæ nos vix potuimus â ri-
su abstinere: puta quedam verba puerilia, quæ in pue-
ritiâ se dixisse recolens, dolebat.

Postquam autem euacuauit ea quæ sunt pueri, tan-
to cum timore animam suam, tanto studio sensus suos,
tantâ puritate cor suum custodire nitetur, semper
illum præ oculis habens: Qui medica negligit, paulatim
decidit, ut ne verbum quidem vllum, aut aspectum in-
ordinatum, nec inhonestum corporis habitum, nec ri-
sum inmoderatum, nec indecentem, vel indecorum
corporis gestum, in eâ vnumquam, aut certe rarò, aduertere
potuerimus. Quamquam plerumque præ immenso
cordis gaudio, dum se ipsam vix posse capere, aliquan-

do liberius exhibita, vultu externo corporis gestu,
mentis subitum proderet cogebatur, in ipso vel risum
modicum ex cordis serenitate edendo, aut aliquam de
suis sociabus modico, eoque pudico amplexu humanissime
excipiendo, vel Sacerdoti alterius manus, aut pedes præ
eximia deuotione osculando. Cum autem ad se, tan-
quam à mentis quadam ebrietate redisset, & vesperi
omnes actus suos, seueriter commemoraret, & exami-
naret, sæpe in minimo modicum se excessisse deprehen-
deret, cum admirandâ cordis contritione id consteba-
tur, & à se ipsa panis exigebat, non rarò etiam illic
trepidans, vbi nullus erat timor. Nos verò eâ solâ causâ
nostræ pigritiæ consulere volentes, eam reprehendeba-
mus, quòd crebrius quàm vellemus eiusmodi minutias
confiteretur.

De Nostrò B. Stanislao Kostka publicè eo-
mortuo, testatus est P. Alphonsus Ruiz, eius
Confessarius, se totius vitæ Stanislai peccata in con-
fessione audiuisset, & deprehendisset, ab eo nullum morta-
le peccatum esse commissum, & venialia valde pauca.
Estque hoc in Processu pro Canonizatione B.
Stanislai interuando confirmatum.

46. De P. Edmundo Campiano pro fide Catho-
licâ occiso in Angliâ, in eius vitâ refert Paulus
Bombinus testimonium Patris Francisci Anto-
nij illius Confessarij Pragæ, Campiano sæpè,
etiam necdum Sacerdotem, accedere solitum
ad Confessionem, sine vilo peccato veniali ab-
solutione digno.

47. De Nostrò Fratre Alphonso Rodriguez, legi-
tò eius vitæ Hispanicâ manuscriptâ, eum ordi-
nariè confiteri solitum sine materia absolutionis, dis-
tractione, aliqua inuoluntariam, & rarâ &
breuissimam, ad usus virtutum omisso, & quod posset ab-
solutus, aliqua peccata vitæ secularis, cum tali tamen
sensu pietatis, ut Confessarios ad compunctionem ad-
duceret.

48. De S. Francisco Xauerio scribunt S. Rotæ
Romanæ Auditores in Relatione Summo Pô-
tifici datâ, pro eius Canonizatione persuaden-
dâ, Xauerium per totam hyemem confiteri so-
litum cuidam Vicario S. Thomæ, qui interu-
ando fassus est, in huiusmodi eius confessionibus, nullum se
inuensisse veniale peccatum, quo Deus offendi potuisset,
idque extat in Processu Canonizationis illius
fol. 117.

49. De B. Aloysio Gonzaga in aliâ Relatione si-
mili, Paulo V. Pont. Maximo oblatâ, ab eisdem
S. Rotæ Auditoribus, inter motiua Canoniza-
tionis B. Aloysij, referuntur duorum eius Con-
fessoriorum testimonia: Primò quidem P. Fer-
dinandi Paterno, qui cum fuisset quinque vel sex
annis Confessarius Aloysij, dum is inter ephebos in Cu-
riâ Regis Hispaniarum vixeret, testatus est, se septim-
merò non inuenisse in eius confessionibus materiam ab-
solutionis: idque accidisse non ex defectu iudicij & soler-
tiæ, quia etiam in eâ atate elucebat in eo prudentia &
maturitas, sensus in moribus, & iudicium longè maius
quàm in iuuenibus reperiri solet.

Deinde recentest testimonium P. Hierony-
mi

mi Plati, qui vivente adhuc B. Aloysio scriptum reliquit: se audivisse eius Confessionem generalem sex mensium in Societate transactorum, nec tamen invenisse in illa vllum peccatum veniale, aut aliam materiam absolutionis, per illos sex menses.

De P. Bernardino Realino in eius vita scribit P. Antonius Beatillus, illius Confessarium per octo menses P. Natalem Caputum testificatum esse, se nunquam in eo invenisse materiam absolutionis, in rebus quotidianis quas confitebatur, sed tantum circa res antiquas antea vite, de quibus semper se accusabat. Et per vitimos quindecim annos vite sue, nullo voluntario peccato Deum offendit, quemadmodum testatur eius Confessarius P. Annibal Vitalis, idque iureiurando confirmavit, examinatus iuridice, in Processu pro Canonizatione P. Realini facto auctoritate Sedis Apostolicae.

De P. Ludovico de Ponte, in concione funebri habita in eius exequiis, & impressa Vallisolei, P. Michael a S. Romano Praepositus Domus Professae, dixit inventam esse post mortem P. Ludovici, eius Confessionem generalem, & a quodam, audaci curiositate, lectam, ac ostentam aliis, continentem 54. defectus, quos a se lectos ait tales fuisse, ut ne vnum quidem ex eis, audeat condemnare tanquam peccatum veniale.

De Ursula Benincasa Virgine Neapolitana in Articulari pro. eius Canonizatione ponitur: Non raro eius Confessarij affirmarunt, nullam se vquam in Dei serva peccati venialis materiam invenisse, se super quam cadere posset absolutio Sacerdotalis. Obiit Neapoli anno 1618. 20. Octobr. cum magna sanctitatis opinione.

Et ego sancte affirmare possum, me plurimas personas in Societate nostra, & in variis Monasteriis Romanis Monialium novisse & nosse, quarum confessiones hebdomadarias per multos menses, imò annos, audiendo, vix aliquod peccatum veniale toto anno, invennerim. Et scio certò eas nil celasse mihi, quod esset materia absolutionis Sacramentalis, sed solas imperfectiones inculpabiles esse solitas confiteri, de quibus supra tractavi. Inter hos vnum, quia pridem mortuus est Posuanæ, nominare possum, nostrum P. Martinum Pobonium virum sanctum & operarium infatigabilem, etiam in extremâ senectute, me eius Confessiones per annum integrum audivisse, & toto illo tempore, ne vnicum quidem in eo invenisse veniale peccatum, etsi minutissimi conscientiam suam ille examinando, & mihi manifestando levissimas & minimas atomos imperfectionum, nullam speciem peccati præferentium, totam animam suam ita aperire soleret, sicut Deo aperiēbar. Idem dico de quodam Matichione Ferrariensi Clementis VIII. intimo & familiari, cuius diu Romæ Confessarius fui, pridem ibidem sanctè mortuo.

Merito ergo S. Ambrosius de peccatis venialibus differens, illos perstringit, qui peccatis suis solatia præferentes, sine peccatis frequentibus hominem putant esse non posse. Loquitur autem ibi S. Doctor de peccatis venialibus in his verbis que diligentius ponderari in Opusculo de peccato veniali c. 1. S. Ambrosius explicans.

Merito ergo S. Gelasius Papa in Epistolis Decretalibus refutans Pelagianam Hæresim, asserentem posse hominem solis nature viribus abstinere ab omni proflus peccato, etiam veniali, si hoc, inquit, quisquam non possibilitate facultatis humana, sed per Divinam gratiam asserat in hac vita quibuslibet Sanctis posse conferri, bene quidem facit (nam Dei dono cuncta possibilia sunt) rectè confidenter operari & sperare fideliter. Et subdit, illis plus vel minus talis gratiæ infundi à Deo, qui magis vel minus suo attendunt profectui. Viros, inquit in magna continentia (scilicet à peccatis) proposito constitutos, siue minus, siue amplius à vitis in se feri, prout quisque gratia divini aspirante profecerit.

Quocirca non sine causa Concilia & SS. Patres, dum sine amplificationibus concionatoriis de peccatis iustorum meliorum loquuntur, talibus utuntur loquendi formulis, quæ non frequentem, sed rarum eorum in peccata lapsum significant. Dicunt enim eos quandoque labi. Sic loquitur S. Gregorius Papa, & Concil. Tridentinum. Vel, aliquando, ut loquitur S. Augustinus & S. Bernardus & Abbas Theonas apud Cassianum; Vel, in involuntaria non adeò multa incidere, ut habet Clemens Alexandrinus; Vel, interdum, ut dixit S. Brigittæ Angelus in sermone illi suo ore dictato: Aut, aliquoties, ut ait S. Prosper: Qui modi loquendi ostendunt, rarissimum in peccata venialia lapsum quorundam.

Non obstat autem huic doctrinæ locus ille Prouerbiorum: Septies in die cadit iustus. Primò Quia in Bibliis Auctoritate Sedis Apostolica emendatis & correctis, seu recognitis, non reperitur illud, in die. Secundò quia neque in antiquis Bibliorum editionibus, quorum vidi plurimas nec in Græcis, nec Hebræis illud in die positum est in ipso contextu Scripturæ: sed in margine, in quadam editione Parisiensi & Antuerpiensi. Tertiò quia ne etiam hoc amplius in margine poneretur, & his similia vocabula, seuerè vetuit Sedes Apostolica, ut pater ex sine præfationis, postè in initio Bibliorum Sixti V. & Clementis VIII. auctoritate recognitorum. Quartò, quia etiam illud, in die, esset in ipso textu Scripturæ, nil nobis noceret, quia etsi S. Gregorius, more suo moralizando, locum illum moraliter applicet ad peccata iustorum, tamen ut ex verbis antecedentibus & consequentibus apparet, sermo ibi est, non de lapsu iustorum in peccata, sed in ærumnas & calamitates.

52. in cap. 1. Luc. 52. to. 1. Ep. Pont. par. 2. p. 352.

54. 1.6. in c. 1. Reg. c. 15. Trid. sess. 6. c. 11. Aug. 1. de nat. & gr. c. 38. & l. 2. de nupt. c. 26. Ber. 5. 2. in Pf. 90. Caff. Coll. 2. c. 7. Cl. 1. 1. p. d. c. 2. c. 14. Pr. 1. 3. de vita conc. 16.

55. Prou. 24. 16.

1. de bono Tim. 2.

1. de t. in p. 16.

1. it. cin.
e 31. & in
Pfal. 118.
conc. 31.
Pin. in
Iob. 10. 8.
Lor. in
Pfal. 118. 8.

de quibus solis benè ad literam locus iste exponitur à S. Augustino, & à bonis interpretibus, Hlidorio Clario, Iansenio, Vatablo, Quitino, Salazar, Pineda, Lorino, Estio hic. Quocirca ipsi heretici, in omnibus versionibus suis, non habent illud, *in die*, & præcipui Commentatores illorum, hunc locum explicant de malis pœnæ, Tremellius, Iunius, Paræus, Piscator. Quod sanè non facerent, si aliter hic locus accipiendus esset; illo enim aliter accepto validè suam confirmarent hæresim, quâ docent, etiam Iustos, qui videntur tales, in omnibus suis operibus peccare.

56.
to. 1. 5. 7.
de 9 grad.
alcentius.

Quocirca meritò Ioannes Trithemius celebris in Ecclesiâ Dei Scriptor ait: *Qui miserante Domino quotidie ad meliora proficiunt, raris in peccatum cadunt.* Et noster Benedictus Iulianus commentario in illa verba S. Ioannis 1. Ioan. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus: Non iuerim, inquit, inficias, quò quis maiores habet in Christianâ virtute & charitate progressu, eum & paucioribus & leuoribus noxiis raro admodum inquinari: vt colligitur ex Hieronymo & Augustino.* Neque tantum colligitur, sed expressè id Augustinus docet, tum in fine Epistol. 95. tum in libr. 2. de peccatorum meritis capite 6. *Qui dicunt esse posse in hac vitâ hominem sine peccato (multò autem magis, si quis dicat, non in totâ vitâ sed diu, & per multum temporis) non est eis continuò incautâ temeritate obfistendam. Temeritatem ergo putat esse S. Augustinus, si quis id neget; & subdit: Si enim esse posse negauerimus; & hominis libero arbitrio (qui hoc volendo aperit) & Dei virtuti vel misericordie (qui hoc adiuuando efficit) derogabimus.*

58.
1. a. cont.
Iouinian.

Et S. Hieronymus; Et nos, inquit, dicimus, posse hominem non peccare si velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporeâ, quamdiu intentus est animus. Atqui multorum Dei seruorum (vt pater ex historiis Ecclesiasticis) etiam in maximis occupationibus, & rerum terrenarum curis necessariis, ad eò intentus est ad Deum & diuina animus, vt se non minus sentiant deuotionis feruore ardere, dum iis attendunt, quam dum soli in suâ cellâ vel cubiculo diuina meditantur. Et ij sunt, qui Dei beneficio raro in peccata labuntur, quia toto conatu in id incumbunt, vt omnes temporis sibi concessi à Deo particulas, in rebus bonis ac meritoriis, sine & modo perfecto factis, transigant.

59.
S. 1. de ier.
Iua. Pent.

Nam, vt docet S. Léo, vt virtutis habitaculum nullâ sit contaminatione pollutum, vti quæ regente atque adiuuante Domino, omnibus obtinere possibile est: Si per ieiunij purificationem, ac per misericordie largitatem, studeamus & peccatorum foribus liberari, & charitatis fructibus secundari &c. Et infra; tam rarum in talibus fore in peccata venialia lapsam indicat per hæc me-

dia: *Neque delictorum memoria erit, vbi testimonium pietatis adfuerit &c.*

Quo in loco S. Leonem loqui de solis peccatis venialibus certum est: loquitur enim de talibus peccatis, ex quibus relicta in anima macula (quas appellat *contaminaciones*) abolerentur per ieiunâ & elemosynas, & frequentia charitatis opera spiritualia & corporalia: per hæc autem iuxta certam Theologorum doctrinam ex S. Scripturâ & SS. Patribus deriuatam; non abolerentur macula peccatorum mortalium, sed tantum venialium, quorum culpæ expiantur per quadam charitatis opera; pœnæ verò ablatio fit, per ieiunium, elemosynam, orationem, & alia opera pietatis; vt definitiue sub anathemate Concilium Tridentinum. Certò itaque tenendum est, posse nos pertentite, per Dei gratiam, & nostram cum eâ cooperationem, ad rarum in peccata venialia lapsam.

Mirum ergo non est, S. P. N. Ignatium in libro Exercitiorum à se ex Diuinâ luce composito; modum tradidisse particularis Examinis, ad faciliorem & celeriorum peccati seu vitij cuiusvis extirpationem, vt ipse loquitur: eumque primo loco, post Exercitiorum Fundamentum posuisse; & his verbis conclusisse: *Cum par sit dimini in dies errorum numerum. Cùm autem hic Exercitiorum spiritualium S. Ignatij liber, & omnia & singula documenta spiritualia in eo contenta, sint à Sede Apostolica, per Paulum III. Pontificem Maximum, ex certâ eius scientiâ & auctoritate Apostolica, approbata, & collaudata, tanquam pietate & sanctitate plena, & ad edificationem ac spiritualem profectum Fidelium valdè vtilia & salubria; nemo dubitare potest præter Diuinæ auxilia gratiæ, & alia media, tanquam per effectum Diuinæ gratiæ, etiam per huius particularis Examinis vsum, posse à iustis dimini indies peccatorum numerum, & hac ratione deueniri ad rarissimum in peccata venialia lapsam. Ad quem statim deuenisse etiam alios non paucos sciunt illi, qui alienas conscientias & in confessione & alibi dirigunt, & benè perspectas habent.*

Quæres, si hæc doctrina vera est, cur viri valdè sancti sæpè constantur aliqui quotidie confitebantur, alij etiam bis in die, vt noster B. Franciscus Borgia: quod signum est, eos peccasse quotidie: proinde, ne vno quidem die potuisse abstinere à peccato, multò minus ergo alij minus sancti possunt abstinere à frequenti in peccata venialia lapsu, & raro peccare.

Respondeo, cum S. Gregorio: *Bonarum mentium esse, ibi etiam aliquo modo culpam agnoscere, vbi culpa non est: atque ita sanctos viros in quotidianis confessionibus, non semper se accusasse de peccatis veris, quasi quotidie commissis,*

perspicillia sicut impossibile est, ut in ea intret aliqua mala & impura cogitatio, ita erat anima Matris Teresie de Iesu, ex particulari privilegio & gratia ei à Deo concessa.

65. Et de B. Aloysio Gonzagâ iuratus asseruit eius Confessarius Cardinalis Bellarminus, illum nec tentationem carnis, nec cogitationem sædam, etiam inuitum vnquam passum esse: quemadmodum scribitur in vitâ Cardinalis Bellarmini à Petrasancta & in vitâ B. Aloysij à Virgilio Cepario. Sanè si iudicio Abbatis Nesterotis, omnis cogitatio non solum turpis, sed etiam otiosa, & à Deo quantumcumque discedens à perfecto viro immundissima fornicatio deputatur, quantum magis periculosa & directè contraria castitati.

Petr. l. 6.
Virg. l. 1.
cap. 6.
Coll. 1. 4.
c. 11. Caff.

66. Non omittendus est hoc loco noster S. Ianitor Alphonsus Rodriguez, qui aded abhorrebat ab omni peccato, præsertim contrario castitati, ut maluisse ad penas inferni detruendi, quam illud committere, quemadmodum scribitur in eius vitâ, & habetur in Processu Informatio Maioricenti pro eius Canonizatione. Ideoque etiam à Deo petebar, ut potius inferni pateretur penas, quam in vnam culpam venialem prolaberetur. Et additur in l. 2. eius vitæ, inter monita quæ sibi præscriperat exactissimè obseruanda, vnum fuisse (vitandi peccatum, magis quam infernū præsertim in materiâ castitatis) & ut hoc propositum, ter quotidie renouaret, & quidem per longum tempus, & si fieri posset (per eius occupationes ad ianuam Collegij, cuius erat per annos 30. circiter Ianitor per horam integram. Vnde cum quodam die laboraret difficultate vrine, solito maiore, & ad extrudendos calculos, inferiorem ventris partem circa umbilicum, ad compressionem vesicæ tangere cogeretur, statim affligi cepit, ne quid contra puritatem Angelicam, quam conabatur habere, deliquisset, statimque apparuit ei Christus Dominus cum Beatissimâ Virgine Maria, & per vnam horam eum allocuti recrearunt, securumque reddiderunt, eum nullam prorsus in eo necessario contactu imperfectionem admisisse, & promiserunt etiam in posterum se eius curam habituros, ne vnquam vllum in materiâ castitatis peccatum committeret.

l. 2. cap. 3.

cap. 6.

67. Ille hoc caelesti non contentus promisso omnem ex parte suâ adhibebat operam, ne remoram etiam tali alicui lapsui occasionem præberet. Hanc ob causam nunquam visus est è fenestrâ prospicere, vel in tali loco consistere ex quo esset etiam ad campos prospectus, timens ne quid se oculis spectandum obiceret, quod nolebat. Eandem ob causam per 47. annos, quos in Societate exegit, nunquam licentiam petiit ad campos exeundi, nunquam etiam ad Dialogos vel Spilos, aut similes concursus, qui fiebant in templo vel scholis, accedebat, ne quid etiam inuito occurreret oculis non spectandum: coactus autem ire ad templum Missæ audiendæ causa, summâ custodiebat oculos curâ, ne vllius faminae faciem

videret, quod etiam obseruabat ad portam Collegij, dum aliqua famina Confessarium vocatura accederet. Imò ne nomen quidem vllius mulieris in ore habebat, nisi vel Canonizata, vel à quâ nominandâ abstinere non posset. Ita exactè obseruabat primum F. et ratione Officij Ianitoris, frequentes occasiones occurrerent liberioris faminarum aspectus, & cogitationum sædarum, quibus per eos incauti & liberi, mentem inquinare solent, aperta illis per oculos portâ. Nam quemadmodum igniculus parvus, inquit B. Laurentius Iustinianus, si non extinguatur, valet magnam lignorum comburere siluam, ita neglecta cogitationes, quæ vel ex concupiscentiis, vel ex operibus pullulant carnis, seu ex immundorum spirituum immisionibus admittuntur, nisi de cordis habitaculo in earum primo congressu propellantur, insciant, & in peccatorum seruitutem pertrahunt imprudentem & dormitantem animam, ipsamq; spiritualibus per tempora aggregatis diuitiis priuant.

de peis.
grad. c. 7.

Sanè Sextus Pythagoræus damnat adulterij etiam nudam de adulterio cogitationem. Et

Sent. 114.
ep. 83.

Seneca, Sic, inquit, viuendum est, tanquam in conspectu viuamus, sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum inspicere possit, & potest. Quid enim potest aliquid ab homine esse secretum: Nihil Deo clausum est. Intereff animi nostris, & cogitationibus interuenit. Et Dio Chryostomus ethnicus: Qui

Orat. 4.
de regno.

amicus tui fuerit, & eadem cum illo senserit (quod amicorum est) potestne fieri, ut rem aliquam inquam concupiscat, aut turpe aliquid cogitet aut prauum: Denique Antonius, matrem suam laudat, quod non à perpetrando tantum sed etiam à cogitandis flagitiis abstineret. Et monuit alibi: assuescere te

l. 1. de vita
sua init.

ipsum debes, ut de his tantum rebus cogites, de quibus, si quis te subito interroget, quid nunc mediteris confestim possis respondere. hoc aut hoc, nimirum, ut statim confiteri cogitationes tuas esse simplices, placidas, consentaneas animali sociato aliis, ac negligenti earum que ad voluptatem oblectationemq; faciunt cogitationum, vacuo contentioni, inuidia, suspitionis, aliorumque, que si te animo passus esses, pudore suffundi oportuisset. Hæc

l. 3. n. 5.

Ethnici; quid ergo Christianis, quid Sacerdotibus, quid religionis curandum est? Ad hoc caput spectat monitum S. Chryostomi ser. de resurrex. Christi, suadentis etiam ab iis rebus abstinere, quæ malæ non sunt per se, solent tamen ad mala perducere: Vis ne, inquit, optimum quendam & securum rectè factorum modum te doceam: que nimirum indifferencia videntur, sed peccata pariunt, ex mente pellamus: nam inter actiones, quadam quidem peccata, quadam verò non peccata, sed peccatorum sunt causa. Sic risus, peccatum quidem non est, sic autem peccatum, si vltra modum effundatur.

Nam ex risu faceria, ex faceris verborum obscenitas: tolle igitur antè radicem, ut rotam agritudinem tollas. Si enim nobis, ab illis, que indifferencia sunt, caueamus, nunquam in ea que prohibita sunt prolaberemur. Ita mulierem aspexisse, indifferens esse videtur;

lib. 1. de
Cato. &
Abel. c.

Tit. 8.

lib. 1. de
cap. 11.
l. 5. tit. 11.
cap. 20.

itur, at ex hoc cupiditas lasciva gignitur. Sic S. Ioannes Climacus gr. 12. Ex lapide, inquit, ac ferro excutitur ignis, ex loquacitate verò ac iocis mendacium nascitur. loci autem res sunt indifferentes, & non sunt peccata, si ad sint debita circumstantia: vt docet S. Thomas 2. 2. q. 72. a. 2. ad 1.

68. Quintus modus fugiendi ea quæ displicent Deo, est fugere omnia peccata venialia; & interna & externa in operibus ad cultum immediatum Dei spectantibus; vt sunt Oratio, Meditatio, Hora Canonica, Missa &c. *Orationis tempore*, inquit B. Laurentius Iustinianus, memoratur iugiter, quòd Deo astare debet, & cuncta sollicitè fugiat, quæ coram Dei conspectu animæ ruborem possunt asferre. Peccata autem possunt ruborem adferre, etsi sint minima, si orationis tempore committantur. Offenditur enim valde talibus, etiam venialibus peccatis Deus. *Quemadmodum terreno Regi execrabilis est is, qui illi astat*, inquit S. Ioannes Climacus, & Domini sui inimicos alloquitur, ita eum quoque Dominus abominatur, qui in oratione existens, immundas cogitationes recipit. Accedentem canem armu insequere, & si impudenter latret, non ei cedas. Et statim monet: *Obserua cautius, vt non temerè ac indifferenter pro feminâ in oratione tuâ ores, ne à dextris fortasse te prædator imadat. Noli corporis actus, vt sunt, distincè ac per partes in oratione Deo confiteri, ne tibi ipsi insidiator fias.* Eandem ob causam Deus Pater commonuit S. Catharinam Senensem: *Nolo ipsos defectus in particulari ab orante considerari, sed in generali, ne mens inquinetur seu contamnetur recordatione particularium, atque turpium peccatorum.* Talis oratio nullo coinquinata peccato, Deo placet, penetrat caelos, & impetrat quod petit. *Magna prorsus est orationis vis*, inquit B. Laurentius Iustinianus, si tamen sit charitate ignita, si de plena, bonisque operibus decorata. Alioquin, vt ait S. Basilus, *si fiat negligenter, & animo in diuersa euagante, non solum haud accipiet quod petit, sed amplius Deum iritabit.* Si enim quis in facie stat Principis, ac causam suam illi exponit, cum multo timore stat, immotum seruans & externum corporis, & internum mentis oculum, ne quo pacto periclitetur; quanto magi ante Deum, eum timore ita consistendum est, vt animus illi soli sit intentus, & nusquam aliò euagetur, cum ipse non solum externum hominem, sicut homines, sed & internum intueatur. Et quidem non leue peccatum censet S. Ambrosius, peccare tempore orationis: *An nescis, inquit, quam graue sit in oratione contrahere peccatum, vbi speras remedium? Certè Dominus per Prophetam docuit, hoc graue esse maledictum, dicens: Et oratio eius fiat in peccatum.* Et libr. 2. cap. 6. *Quando magis ab iniustis operibus ac prauis studiis abstinere debemus, quam tunc, quando Dei iustitiam deprecamur? Hanc forte ob causam Ethnici ante orationem abluiebant manus, inò & Christiani totum corpus, vt scribit Tertullianus, & Lactantius, vt ostenderent hoc ritu Orationem esse debere purissi-*

mam, nullâ peccati sorde coinquinatam. Quem morem lauandi ante Orationem manus, durasse S. Chrysostomi tempore ipse testatur. Ita orant homines Dei, Deo fideliter & feruenter, & toto conatu feruientes,

hom. 6. in 2. Tim.

Ideò S. Climacus gr. 20. inter condiciones proficientium numerat vltimo loco, *Orationem omni vitioso carentem affectu.* Oratio enim vitio aliquo voluntario & deliberato inquinata, nõ fit in conspectu Dei talis, qualem Deus per S. Scripturam exigit à nobis. *Si corpore humi prostrato*, inquit S. Chrysost. *& ore in cassum nugante, mens totam domum & forum circumeat, quomodo talis dicere poterit, quòd in conspectu Dei peccatus sit?* Quod non tantum intelligendum est de oratione quæ fit ex Dei vel Ecclesiæ præcepto, sed etiam de quauis aliâ, spontè, vltro, nullo adigente, ex propriâ deuotione inchoatâ. *Quia, vt benè scripsit Saluianus, Minoris piaculi res est, si honor Deo non deferatur* (hoc est, tunc dum suis ad id nullo peculiari præcepto vel necessitate obligatur) *quàm si irrogetur iniuria. Ac per hoc, quicumque ista fecerunt* (orando negligenter, irreuenter) *non dederunt honorem Deo, sed derogarunt.* Quod quidem etsi in omnibus aliis orationibus vitandum est, maximè in Sacrificio Missæ ad S. altare. Ne nobis exprobrat Diuina Maiestas, quod olim, etsi aliam ob causam, exprobrauit Ephraim: *Facta sunt ei ara in delictum.* Vnde Iulius Papa in epistolâ ad Episcopos Aegypti ait: *Cum omne crimen atque peccatum oblati Deo sacrificiis deleatur, quid de cetero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa Sacrificij oblatione erratur?* Ex quâ epistolâ accepit hoc Concilium Bracarense tertium, & posuit in suo Canone 1. (& habetur in Decretis à Gratiano collectis) & Concilium Wormatiense c. 4.

69.

Quocirca Tertullianus, etsi non sanctus, vult orationem nostram esse, *Omni omnino confusione liberam*, hoc est talem, quæ coram Deo confundi nequeat, & nobis materiam confusionis accersere, quam solum peccatum potest adferre. Et subdit, mundam ab omni labe debere esse orationem ad Deum: *Vt sit de tali Spiritu emissa, qualis est Spiritus ad quem mittitur.* Nequit enim agnosci à Spiritu sancto, Spiritus inquinatus, aut tristis à læto, aut impeditus à libero. Nam aduersarium recipit nemo. Nemo nisi comparem suum admittit.

l. de orat. cap. 10.

Quod S. Chrysostomus sic ponderat h. 79. ad pop. *Si Deus nostrum in orationibus torporem & negligentiam exquirat, & quod in eius conspectu positi & orantes, neque tantum ei præbeamus honorem, quantum dominus seruis, quantum Ducibus milites, quantum amicis amici: amicum enim colloquens, hoc cum attentione facis; Deo autem pro peccatis occurrens, pro totque criminibus veniam petens, & rogans tibi remissionem fieri, torpes, & genibus tuis humi prostratis, circa forum & domum mentem tuam vagari frequenter dimittis, ore tuo frustra nugante in cassum.*

70.

nec hoc semel & bis, verum & frequenter patimur. Si hoc tantum exquirere Deus voluerit, nunquid veniam habebimus? nunquid excusationem assequi poterimus? Non arbitror ego.

l. 1. Strom.
cap. 1.
Enc. c. 38.

Templo Epidaurio inscriptio erat apposta, vt scribit Clemens Alexandrinus, qua monebantur aduenientes, etiam ad ingrediendum exigi sanctimoniam. Epictetus grauius monet, in quouis Dei cultu nihil indiligenter, nihil sordidè esse faciendum. In qua verba eius Commentator Simplicius, lubet, inquit, omnia que ad Diuinum cultum pertineant, & pure facere, & non sordidè. Nam ab impuro pura attingi nefas est: purumq; & sincerum, si quid ei adulterinum misceatur, eo pollui solet. Neque igitur sordidè quicquam faciendum, neque negligenter & per ignauiam quicquam factu necessarium, aut pratermittendum, aut confundendum, aut permutandum. Sicut enim si elementa sermonis subtrahas, aut immutes, non manet eadem forma sermonis; sic etiam diuinorum operum aut sermonum, si quid aut deest, aut immutatum est, aut perturbatum, illustratio diuina tollitur, & eorum que geruntur vim euandam reddit eius, qui illa gerit, socordia. Sicut ad complementum & perfectionem caterorum, excitata cum scientia alacritas, multum valet. Qui vero se in Dei cultu negligentem & socordem prebet, qua in re sit ad officium fungendum excitatus? At neque irreligiose, inquit Epictetus, est accedendum, hoc est, absque veneratione. Quando enim religiosiores & sanctiores res diuina habentur, tanto magis eas, & quidem tales percipimus. Nam & ipsi cultus Numinis pro virili nos subiciamus, & in eo veluti grandescimus. Quocirca sic oremus, prout monet S. Ephraem S. de Virginitate: Eslo totus orationis tempore velut celestis Angelus, sicq; contende, vt oratio tua sit sancta & pura, immaculata & irreprehensibilis; vt cum illam sursum ascendere viderint porta celestes, gaudentes, vltro consistim ei aperiantur: vt ipsam cernentes Angeli & Archangeli cuncti letantes illi occurrant, & coram sancto atque excelso throno immaculati Domini ipsam offerant. Sic ergo semper orationis hora esto Deo coniuuentus, vt Cherubim & Seraphim.

l. 3. c. 85.
fin. in fin.
diu. piet.

Conc. 3.
in Pl. 30.

Quantoperè autem placeat Deo fuga peccatorum in Dei cultu, docuit ipse S. Gertrudem his verbis: Quicumque ad laudem meam studet in diuinis negligentias precauere, & alios etiam ad idem promouere, pro illo ego suppleo, quicquid ipse neglexerit in debita deuotione & intentione. Pulchre S. Augustinus explanans illa verba Plalmi, Domine non confundar quia inuocaui te; Magnam, inquit, causam dixit, non confundar quia inuocaui te. Quis autem etiam ipsorum impiorum non inuocat Deum? Nisi ergo proprio modo quodam diceret, Inuocaui te Deum, qui non possit esse communis cum multis, nullo modo de hac inuocatione tantam mercedem auderet exigere. Inuocas Deum, quando in te vocas Deum. Hoc est nihil inuocare, illum in te vocare, quodammodo eum in domum cordis tui inuitare. Non autem auderes tantum Patrem familias inuitare, nisi nosset ei habitaculum preparare. Si enim tibi dicas Deum, Ecce inuocasti me,

venio ad te, quod intrabor? Tantas sordes conscientia tua sustinebo? Si seruum meum in domum tuam inuitares, nonne prius eam mundare curares? Tales sunt, qui Deum in oratione alloquendo & inuocando, peccant; peccando enim sordibus animam implet eo ipso tempore quo Deum ad se inuitant, quo eum ob antiqua peccata placare deberent, sed noua committendo irritant deuò. Quocirca, vt monet Spiritus sanctus per Dauidem, Bene psallite ei; Querit vnusquisque, inquit S. Augustinus conc. 1. in hunc Plalmum, quomodo cantet Deo. Canta illi, sed non male. Non vult offendi aures suas. Bene cantate Fratres. Si alicui bono auditori musico, quando tibi dicitur: Canta vt placeas ei, etsi vis aliqua instructione artis cantare, trepidas, ne displiceat artifice quia quod in te imperitus non agnoscat, artifex reprehendit: quis assertit Deo bene cantare, sic iudicanti de cantore, sic examinati omnia, sic audienti? Cauenda ergo ingrata in canticis nostrarum precum melodia, & dissonantia modulationis, quam faciunt peccata tunc commissa. Est enim res periculossima, inquit S. Cyrillus Alexandrinus, quipiam in Deum committere, & quocunque modo in illius offensam incidere. Nam si omne peccatum est diuinitatis iniuria, vt bene scripsit Saluianus, multo magis illud quod contra Deum committitur dum cum eo in oratione colloquimur. Quocirca studiosis perfectionis, ad primi F. observationem perfectam cupientibus pertingere, sedulo curandum est, ne vnquam, etiam venialiter, peccent, dum orant, & alloquuntur Deum. Sicut homines dum alloquuntur Reges, sollicitè curant, ne tunc illos, re vlla, etiam gestu indecoro, offendant, praterim dum eos adeunt, vel vt placent offensos, vel vt gratias pro beneficiis collatis agant, vel vt aliquid magni momenti ab iis impetrent. Ob hos autem fines, nos ad colloquendum cum Deo in oratione accedimus. Cauemus ergo, ne dum eum nobis & aliis in oratione placare conamur, noua offensa, in oratione commissa, magis iritemus; sed imitemur Angelos in celo, summam reuerentiã & attentione Deum laudantes & orantes. Tu cum oras, inquit S. Ambrosius in illa verba, Clamauit in toto corde meo; Magna ora, ora que diuina sunt atque celestia; vt sis sicut Angeli in celo. Non videatur id nobis impossibile, tū quia, vt scribit Clem. Alex. In omnibus prodest & in omnibus iuuat Dominus, & tanquam homo, & tanquam Deus; peccata quidem remittens vt Deus, ne peccemus autem Pedagoga more instituens vt homo; scilicet per sua exempla & doctrinas in S. Scriptura relictas, quas infra appellat, eius sermonem, precepta, & monita, habenda pro legibus, & pro breuib; ac directis viis ad eternitatem: tum quia, vt ait S. Chrysostomus, explicans illa verba Christi Domini, Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra; Antequam superna illa prasteretur habitatio, calum quodammodo fieri iussit è terra: vt scilicet tales sint, etiam dum in ea degunt, ita & omnia faciant & loquantur, quasi qui prorsus conuersentur in

Pl. 31.

l. 1. de re-
sta fide ad
Theod.
l. 4. ad Ec-
cles. 3.

71.
in Pl. 18.
o. 10. 19.

l. 1. p. d.
cap. 1.

72.
hom. 10.
in Matth.

CAPVT TERTIVM.

De Secundo F.

in celo. Denique pro hoc etiam esse Dominum deprecandum. Nihil enim est, quod propter terrenarum rerum habitaculum, ad supernarum virtutum perfectionem homines prohibeat pervenire. (notent hæc verba S. Chrystostomi ij qui de rebus spiritus politici discunt, & quod ipsi suâ culpâ non sunt affecti, id de aliis non credunt) est quippe possibile inquit idem ibidem, vt in terrarum adhuc regione degentes, quasi iam in celo habitent, ita cuncta perficiant. Tales fuerunt ij, quos supra recensui, his quinque modis primum F. exactè servasse. Tales etiam nunc sunt multi in tam longè lateque diffusa S. Ecclesiâ Dei. Quod si aliqui politici non credant, curandum non est, quia vt Theodoretus scribit in præfatione vitæ Simeonis Stylitæ: *Homines quæ audiunt* (immò & quæ legunt) *ex se metiantur, quod ab se fieri posse putant, id facile credunt: sed quod suas vires superare putant, proficîa re, etsi est vera, habent.* Quapropter, vt scribit Cassianus in præfatione politâ ante Collationes Patrum, Voluimus præmonitum esse lectorem, vt si quæ forte pro status sui & propositi qualitate, siue pro vsu & conuersatione communi, vel impossibilia putauerit esse, vel dura, non ea secundum modum suæ facultatis, sed secundum dignitatem & perfectionem aliorum metiatur. Quorum prius studium atque propositum mente concipiat, quo verè mortui huic conuersationi humane, nullis affectionibus parentum carnalium, nullis actuum secularium nexibus obligantur &c. de quibus tamen si quis voluerit veram proferre sententiam, & vitium impleri queant, desiderat experiri, festinet prius eorum propositum, simili studio & conuersatione suscipere, & tunc demum ea que supra facultatem hominis videbantur, non solum possibilia, verum etiam suauissima deprehendet. Et vt scribit S. Nazianzenus, *Ferè fit, vt quod quisquam assequi non potest, id ob inuidiam, ne credibile quidem esse putet.* Et vt idem ibidem infra dixit: *Apud profanas animas nihil pulchri fidem inuenire potest.*

Hæc sufficiant de primo F. plura eadem de re tractati partim in Opusculo de gradibus puritatis, partim in alio de fugâ peccatorum venialium, partim in eo, quod antea separatim edidi de iudiciis & gradibus spiritualis profectus in virtutibus, in primis capitibus illius Opusculi, ad quod Lectorem remitto. Claudam hoc caput monito Apostolorum & Presbyterorum primitiæ Ecclesiæ, scripto ad eos qui ex Gentibus crediderunt in D. Iesum Christum, à S. Clemente Papa, commendante obseruationem nostri primi & secundi F. *Attendite filij Dei omnes vt in obedientiâ Dei vitam agatis, estoteq; in omnibus placentes Christo Deo nostro: nam si quis iniquitatem secutus, faciat quæ voluntati Dei aduersantur, si veluti gens iniqua à Deo estimabitur.*

Perfectionis culmen pertingere cupientis, inquit Abbas Pinuphius, non satius est ab illicitis temperare, nisi etiam in illis virtutibus indefesso cursu semetipsum semper extenderit, quibus ad satisfactionis indiciam peruenitur: & nisi illam bonam virtutum fragrantiam, quâ Dominus delectatur puritate cordis, & Apostolica charitatis perfectione possederit. Vulgarium enim hominum est, inquit S. Isidorus Pelusiota l. 2. ep. 1. *reprehensione omni sublimius se custodire, vt summâ virtute prædorum, diuinarum virtutum opibus abundare.*

Sed ad hoc nullus perueniet, vitiis non extirpatis prius. Supernacue prorsus edificare nititur, inquit B. Laurentius Iustinianus, ac plantare virtutum pomiferas arbores, & vitentium herbarum odorifera gesta, qui vitiorum & concupiscentiarum sentes, & germina, de cordis sui agro non conatur extrahere. Domini namque sententia est, quia exorta spine seminatum in corde suffocant verbum, illudq; fructum debitum procreare non sinunt. Vitiorum namque fuga, vt idem alibi ait, & virtutum exercitatio, sunt duo que efficiunt Christi militem strenuum, ac coram cali ciuibus honorabilem. Et, vt inquit S. Diodochus cap. 98. *puritatem non affert, solum prauas actiones non amplius suscipere, sed studio etiam recte factorum maleficia fortiter repudiare.* Cum autem iudicio S. Bernardi, primus sit contemplationis gradus, vt incessanter consideremus, quid velit Dominus, quid placeat ei, quid acceptum sit coram ipso, secundo loco tractandum est, de Secundo F. quod est quidem omnibus necessarium, sed maxime Religiosis omnis generis: Siquidem, vt S. Basiliius ait, tam iis qui communem & socialem vitam agunt, quam iis qui in solitudine seorsim degunt, propositum est, Christo placere. Ad hoc autem necessaria est præuia dispositio, fuga omnium quæ displicent Deo. Eam enim sequetur ornatus & fragrantia virtutum. Sufficit Deo, inquit S. Chrystostomus, *ob magnam suam misericordiam, vt desistamus a peccatis: Si enim hoc voluerimus, facile & ad bonorum operum actionem impellemur.* Quod vitæ spiritualis amatoribus cordi esse debet. Nam, vt ait S. Ambrosius, *Qui ad officium Ecclesiæ vocamur, alia debemus agere, quæ placent Deo, vt & prætendat in nobis virtus Christi, & ita simus nostro probati Imperatori, vt membra nostra, arma iustitia sint: arma non carnalia, in quibus peccatum regnet, sed arma fortia Deo, quibus peccatum destruat. Moriatur caro nostra, vt in eâ omnis culpa moriatur, & quasi ex mortuis viuentes, noui resurgamus operibus ac moribus.* Quod exequemur, si conabimur semper exequi secundum F. quod est, *Facere bene omnia quæ placent Deo.* Vnum est, inquit B. Petrus Damianus, quod mens cuiusque fidelis debet solerter attendere, & intra semetipsam sollicitâ

75. Cass. Coll. 20. c. vi.

de perf. grad. c. 7.

lig. vit. de orat. c. 5.

de tripl. cohære.

Const. monast. c. 35. fin.

hom. 6. in Gen.

l. i. Offic. cap. 37.

1. 5. ep. 3.

Orat. de iud. c. 1.

l. i. Const. c. 1. an.

de comp.
& compl.
Chr. perf.
col. 22.

Orat de
charitate.

76.
h. de Dau.
& Golia.

procem.
de grad.
perfect.

1. r. Const.
Apostol.
c. 4. fin.

§ 71. in
Cant.

semper inquisitione versare: scilicet, virum placeat Deo quod agat: & an eius vita Deus vel operibus delectetur. Quid enim prodest quicquid homo faciat, si hoc non placeat Deo? Nam verus amator, inquit B. Laur. Iustinianus, illud semper conatur perficere, propter quod valeat placere dilecto. Quod potissimum curandum est Sacerdotibus & Religiosis, aliisque vitæ spiritualis sectatoribus, qui ad maiorem Divini amoris gradum aspirant. Nam, ut ait Theodoretus, Qui Deum amat, omnia alia despiciens, & eam solum qui amatur, respiciens; illius curam, & suam in eum servitutem, ceteris præfert omnibus: illa solum & dicens & faciens, & cogitans: quæ ei, quem amat, placeat, & grata sunt: & abhorret omnia quæcunque ille prohibet. Placebunt autem nostra opera Deo, si habebunt tres proprietates, quas in operibus Sanctissimi Davidis ponderat S. Chrysostomus, si nimirum in eis erit, meritum, quod laudat Deus; prædicat Dominus; Iudex præfert summus.

Quod ut intelligatur, duo explicanda sunt: Primum, quid requiratur ad hoc, ut opera nostra fiant bene, ut Deo placeant, ut ab eo laudentur, prædicentur, præferantur. Secundum, quæ sint illa, quæ placent Deo & à nobis exequenda sunt.

Quoad Primum, Ut opera nostra bene fiant, & eo quo dictum est modo placeant Deo; sunt necessariae quinque conditiones:

Prima conditio est, ut homo operans, sit Deo carus, hoc est, existens in gratia Dei & charitate supernaturali, quæ gratiam semper comitatur, exornatus. Nam quemadmodum arbor, inquit B. Laurentius Iustinianus, si vireat, foliis flores redeat, siue immaturis fructibus sit sacunda, & amena in se esse videatur, infructuosa esse censenda est: ita & opus quodlibet, si in æternâ virtutis ac caritatis directione informatum non est, æternâ vitæ prorsus merito caret.

Secunda conditio est; Ut omnia quæ facit, sint immunia à duplici peccato, scilicet destruentis valorem & meritum operis, & comitante illud. Hoc monitum dederunt Apostoli, & omnes Presbyteri, ut scribit S. Clemens Papa & martyr: Si cupis Deo placere contine te ab omnibus, quæ odit ipse, & nihil facias, quod animo eius displiceat. Displicent autem Deo peccata, & quæ inficiunt opera ipsa, ne sint meritoria, & quæ illis adiunguntur nomine nostro libero arbitrio, etsi opus aliud, cui adiunguntur, non reddant immeritorium. Si conscientia nevis fuerit, inquit S. Bernardus nec quod ex ea proderit carebit nevis. Nam si radix in vitio, & ramus. Ac proinde hoc quicquid illud sit, quod radix vitiosa, non absque radice vitij, ex se producat, verbi gratia, sermo, actio, oratio: etsi fama applaudere videatur, non est, quod debeat liliū dici, quia est odor conivere videtur, sed non color. Quo pacto enim liliū (quod sermone 70. dixerat, esse virtutem) cum impuritate nasci? Et infra: Verbum, indicat esse suum cibum factum bonum, si tamen inmerit illud inter lilia, hoc est, inter virtutes. Alioquin si

extra repererit, & bonus (quod in se est) videtur tibus, non tanget illum, qui pasitur inter lilia. Verbi causa: non recipit eleemosynam de manu hypocrite, qui cum eam facit, tuba facit cani ante se, ut glorificetur ab hominibus.

Porro peccatum destruens meritum & valorem operis, est illud, quod vitiat finem seu intentionem operis: uti fit dum aliquis orat, vel eleemosynam dat ob vanam gloriam) vel quod inficit modum operandi seu circumstantiam aliquam, requisitam ad bonitatem operis, infra fusè explicandam. Ut dum quis bono fine orat, aut horas Canonicas recitans, ex purâ intentione laudandi Deum, eas recitaret nimirum festinando, verba non integrè proferendo, aut situ membrorum indecorò, vel interrumpendo horas colloquij non necessariis, aut curioso aspectu transeuntium, vel rerum aliarum. Hoc modo bona male facientes Deus per visum ostendit S. Arsenio, esse similes illi, qui haurit aquam de lacu, & mittit in collectaculum, ex quo alia parte per foramina effluit aqua. Sic qui aliqua bona operatur, sed quia mala etiam per peccata operatur, idè pereum & delentur etiam bona opera quæ faciunt. Scilicet quia ob finem vel circumstantiam malam desinunt esse integrè bona.

Peccatum autem comitans opus bonum, est illud, quod adiungitur quidem bono operi, eius tamen valorem & meritum non destruit, nec minuit, sed tantum quodam modo extrinsecè fædat. Ut si quis orando bonâ intentione, & devotè ac bono modo; interim alicui pauperi advenienti daret eleemosynam ob vanam gloriam. Tunc illud vanæ gloriæ, ex eleemosynâ datâ quæ sita desiderium, non noceret orationi, illa tamen oratio sine comite adiuncto vanitatis, esset perfectio extrinsecè. Tale bonum opus fuit, obstetricum erga masculos Hebræos benevolentia, & conservatio vitæ illorum contra edictum Regis Ægyptij iubentis eos necari dū ederentur in lucem; coniunctum tamen fuit cum earum mendacio, dicentium, non ab ipsis, sed à matribus eorum fuisse conservatos infantes. Quod ponderans S. Thomas, ait mendaciū quidem non fuisse meritorium, timorem tamen Dei, ex quo motæ conservabant viuos parvulos, meritorium fuisse. Ideoque Deus adificavit eis domos, hoc est, ut explicat S. Hieronymus, auxit filiis eorum familiam.

Danda ergo est opera, ut in operando, imitemur puritatem triumphantis in celo Ecclesiæ, quæ est sine maculâ (peccati destruentis valorem operis) & sine rugâ (peccati adiuncti) aboqui timenda esset illa Christi expositulatio, quâ ab eo S. Brigitta audiuit: Ego si intra vero in partem unam mentis munda, quæ mihi erit consolatio, si ex parte alterâ sentiatur fætor, idè depelli debet quod sordidum est.

Hanc conditionem bene operandi adhibent ij, qui bene exequuntur primum F. seu qui fugiunt

gunt omnia quæ displicent Deo. Et talia opera erunt gratia Summo Iudici: quod in Dauide supra vidimus commendatum esse à S. Chrysolto- mo. In talibus enim operibus ab omni peccato liberis, non habet quod puniat Iudex super- mus.

80. Sed hoc satis non est studioso perfectionis. Quia, vt docet S. Thomas, duæ sunt partes, quasi integrales iustitiæ, pertinentes (vt ait S. Augustinus) ad iustitiam legis: declinare à malo, & facere bonum: vt dicitur Psal. 33. 15. & Psal. 36. 27. Quocirca præter fugam mali & peccati, in quouis opere nostro satagendum est, vt positua ad sit bonitas, & Christi Domini imitatio, qui de se dixit: Ego quæ placita sunt ei (scilicet Deo Patri) facio semper. Non enim solum ab omni vitio discedere, inquit S. Dionysius Areopagita, verum etiam virili animo semper duri & inteviti ad perniciosam, exitiosamq; omnem contra illud animi remissionem, esse debemus, & nunquam à sacro veritatis amore cessare, sed dare operam quàm maximam possumus, vt ad eam continer & semper nitamur, quærentes semper quod nos ad maiora diuinitatis munera perducatur.

81. Tertia conditio, requisita ad faciendâ benè quæ placent Deo, est, vt omnia opera nostra fiant bonâ intentione. Magni interest, inquit S. Augustinus, cum aliquid boni facimus, cuius rei contempla- tione facimus: officium quippe nostrum, non inuitio, sed sine pensandum est, vt scilicet, non tantum si bonum est, sed precipuè si bonum est, propter quod facimus, cogite- mus: hoc est, propter bonum finem; qui bonus est, dum aliquid fit, siue ob honestatem, quæ est in quolibet opere virtutis; siue ob altiorem, qui est Deus: Qui cum vniuersa propter semetipsum ope- retur, vt dicitur Proverbiorum 16. 4. æquum est, & nos propter ipsum operari, siue vt ei placeamus, siue vt ei demus gustum & gloriam, siue vt eius voluntati morem geramus, siue aliis respec- tibus bonis. Tali autem aliquâ intentione facta nostra bona opera, habebunt alteram prop- rietatem in operibus S. Dauid à S. Chrysolto- mo supra commendatam; nimirum, laudabuntur à Deo. Non laudentur autem, si ob finem prauum laudis humanæ, vel vanæ gloriæ internæ fierent: quod sanè esset magna cæcitas nostra & stultitia. Nam, vt ait S. Gregorius, Magna recordia est laboriosa agere, & auræ laudis inbiare: forti opere præceptis celestibus inferuire; sed terrena retributionis premium querere. Vt enim ita dixerim, qui pro virtu- te humanos fauores desiderat, rem magni meriti, vili pretio venalem portat. Vnde calis Regnum mereri po- tuit, inde nummum transitorij sermonis quarit. Vili ergo pretio opus vendit, quia magna impendit, sed mi- nima recipit.

82. Facienda sunt itaque omnia quæ placent Deo, ob finem bonum, seu bonâ intentione. Ex hac enim, inquit S. Bernardus, rectitudo operis, sicut ex facie pulchritudo corporis estimatur. Duo autem in intentione (quam faciem animæ esse diximus) necessa- ria requiruntur (tanquam duæ genæ) res, & causa; id

est, quid intendas, & propter quid. Et ex his sanè duo- bus, anima vel decor, vel deformitas iudicatur. Pul- chre sunt genæ tuæ sicut turturis. Quæ verò altero ho- rum caruerit, non poterit dici de eâ: quod pulchra sint genæ eius sicut turturis, propter eam quæ adhuc ex parte erit deformitatem. Multo autem minus illi hoc poterit conuenire, quæ neutrum horum habere lauda- bile inuenitur. Idquæ declarat aptis exemplis.

83. Triplex autem operandi ratio propter Deum, communiter esse solet. Tres, inquit S. Doro- theus, sunt conditiones & status, vt D. Basilius ait, quibus Deo grati esse possumus. Si enim panam formi- damus, in seruili statu sumus: Si verò mercedis lucra consectantes, vtilitatis & commodi proprij gratiâ, diui- na mandata peragimus, mercenarius assimilamur. Sin autem bono & honesto propter se ipsum adhareamus, in filiorum genere sumus. Filius enim vbi ad pruden- tiam discretionemq; peruenerit, paterna vota exequi- tur non timore plagarum, non etiam mercedis & pra- mii cupiditate, sed amore, pietate, obseruantiaque erga patrem: persuasus enim satis est, suum fore quic- quid patris fuerit.

84. Quamuis attem perfectior sit finis, tertio loco à S. Basilio, & S. Dorotheo nominatus, ta- men si opera bona fiant ob aliquem ex prioribus duobus finibus, siue ob metum pœnarum Dei euadendarum, siue ob æternæ Dei retribu- tionis spem, bono fine fient, qui satis sit ad benè operandum, quamuis non satis sit ad perfectis- simè operandum. Perfectius enim, & Deo ac- ceptum magis, (ceteris paribus) est illud opus, quod fit purè propter solius Dei gloriam & gustum, sine alio ad nostra commoda, etiam spiritualia, respectu. Nâ, vt monuit S. Chrysolto- mus, Si omnino dignus fueris agere aliquid, quod Deo placeat, & aliam adhuc, præter hoc ipsum quod placere meruisti, mercedem requiris, verè ignoras quantum bo- num sit placere Deo. Si enim scires, nunquam aliquid aliud extrinsecus mercedis aut muneris expecteres. Im- mò, vt idem alibi aureè dixit, Maior tibi merces, si citra mercedis spem feceris.

85. Alioqui timendum est illud S. Bernardi: Quid tam perditum, quàm quod extra Deum exulat. Dan- da igitur est opera, vt omnia faciamus propter Deum ex puro Dei amore, sine respectu ad vti- litatem vllam & commodum nostrum, etiam spirituale. Quâ de re sic alio in loco disseruit: Magna res amor, sed sunt in eo gradus. Sponsa in sum- mo stat: Amant enim & filij, sed de hereditate cogi- tant: quam dum verentur quoquo modo amittere, ip- sum, à quo expectatur hereditas, plus reuerentur, mi- nus amant. Suspectus est mihi amor, cui aliud quid ad- piscendi spes suffragari videtur. Infirmus est is, qui fortè subtractâ spe aut exinguitur aut minuitur. Impurus est, qui & aliud cupit (scilicet secundariò remun- rationem) purus amor, mercenarius non est. Purus amor, de spe vires non sumit, nec tamen dissidentia damna sentit. Sponsa hic est, quia hoc sponsa est quid- cunque est. Sponse res & spes, vnus est amor. Hoc Spon- sa abundat, hoc contentus est Sponsus. Nec is aliud que- rit.

80.

81.

82.

83.

84.

vit, nec illa aliud habet. Et alio in loco: *Vsitatus sermo, communis sermo, propter Deum: sed planè ubi non vacuè dicitur, profundissimus sermo: vnius sanè & efficacis sermo, ubi non perfunctoriè, non usurpatoriè, non velut quodam vsu loquendi, vel arte persuadendi, sed ex pinguedine, vt dignum est, deuotionis, & purè animi intentione procedit.* Opera nostra ita Deo offerri & propter eum effici debent, sicut hominibus beneficia conferri; sine spe retributionis aut emolumentum alicuius, imò sine desiderio reddendæ gratiarum actionis, vt benè docent Aristoteles & Seneca, & alij: alioquin collata cum spe reparationis aptè appellantur à Plinio, *beneficia viscata & hamata.* Et talis liberalitas à Philone vocatur *liberalitas piscatorum*, qui pisciculis dant vermiculos hamis infixos, pisces vt capiant.

85.
h. 4. in ff.

Qui tam puro fine operantur bona, valdè augent Dei gloriam. Vt enim benè scripsit Origenes ponderans illa verba, *Plena est omnis terra gloria eius; Quomodo, inquit, fit per singulos nostrum plenitudo gloria Dei? respondet statim: Si qua facio, qua loquor, in gloriam Dei fiant, plenus sermo meus & actus sit gloria Dei. Si & processus & ingressus meus, in gloriam Dei est: si cibus, si potus meus, si omnia mea qua facio, in gloriam Dei fiant, & ego particeps sum illius dicti: plena est terra gloria eius.* Et tali intentione suos filios omnia facere voluit S. Ignatius: *Omnes, inquit, rectam habere intentionem studeant, non solum circa vita sue statum, verum etiam circa res omnes particulares, id semper in eis sincere spectantes, vt seruiant & placeant Diuine bonitati propter se ipsam, & propter caritatem & eximia beneficia, quibus preuenit nos, potius quam ob timorem panarum, vel spem premium (quamuis hinc etiam iuari debeant) & in omnibus querant Deum. Meritò id à suis exigit S. Pater, quia suos sanctos esse, & sanctè omnia facere voluit. Nequaquam enim timore pane, aut premij cupiditate, inquit S. Dorotheus, viri sancti voluntatem Dei faciunt, sed solo amore & beneuolentiâ. Cuius vnus modus est preclarus, si quis operetur, vt det gustum Deo, hoc est, vt Dei cor soleatur, cui omnia bona opera sunt sapida. Sic S. Augustinus iubet dæmoni à ieiunio renocanti respondere: *Exercitio me planè, vt ille parcat: do de me panas, vt ille subueniat, vt placeam oculis eius, vt delectem suauitatem eius. Nam & victima excruciatum vt in aram imponatur. Et hæc fuit in Dei Ecclesiâ semper doctrina de perfecto operandi modo.**

3. p. C88.
c. 1. §. 26.
Reg. 17.
summ.

86.
Ser. 4.

Perfecti hominis opus est, inquit Clemens Alexandrinus antiquissimus vitæ spiritualis Magister, non solum à malis abstinere (quod primum F. docet) ea enim est basis maximi profectus, sed nec aliquid boni facere, vel propter metum, vel propter spem promissi honoris (scilicet in celo) at, qui perfectus est, opus bonum eo solo expetit, quoniam honestum est, & quia Deum amat. Ea operum ipsius causa longe grauissima est. Ausim enim dicere, non eò operatur, quod saluus esse velit. Qui operandi modus, non tantum perfectorum esse deberet, sed potius omnium Chri-

er. 9 de
vtil. ieiun.
cap. 5.

l. 1. Strom.

stianorum siquidem ab omnibus id exigit Apostolus 1. Cor. 10. 31. *Sive manducatis sive bibitis sive aliud aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Et ad Coloss. 3. 12. *Omne quocumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi scilicet, facite. Hoc est, vt explicat S. Chrysolomus, propter Dominum.*

S. 10 ep.
ad Coloss.

Quæ intentio etiam illa opera hominis iusti facit Deo accepta, quæ operatur in proprium, sed necessarium commodum, dummodò non ob commodum, sed propter Deum, id faciat. Quocirca prudenter S. Gertrudis Virgo, quando etiam ob indigentiam suam aliquid expendit, gaudebat mirum in modum, perinde ac si in Dei honorem illud super alare obtulisset, aut erogasset in pauperes. Dominum enim in se ipsâ contemplabatur, cui se prouidisse gaudebat. Idèd siue dormiret, siue manducaret, siue aliud quid commodi, aut re quies suo impenderet corpori, non aliter, quam si Domino id fecisset, exultabat. Nã Dominum in se, & rursus se in illo intuebatur. Idèd in se quoque illi, & sibi propter illum, seruire ac benefacere gestiebat, quòd impletet Dominicum illud: *Quod vnus ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: se etenim existimabat & minimam, & vilissimam omnium creaturarum.* Idèd quicquid sibi impendit, minimo, qui ad Deum perineret, arbitrabatur se impendisse.

l. 1. c. 11.
infia. diu.
pict.

l. 1. c. 14.
infia. diu.
pict.

Potèd quàm accepta Deo fuerit hæc eius deuotio, hoc modo illi monstratum est: Cum semel labore quodam grauatum caput cuperet resocillare, & propterea species, quas aromaticas vocant, ad Dei laudem, in ore teneret, tunc Dominus suâ benignitate se ad illam inclinauit, quasi haustus ex eâ odoris fragrantiam, simulans odore hoc specierum se egere, & confortari. Nam paulò post idem se demò erigens, suauissimum emitebat anhelitu suo odorem. Deinde latibundo vultu, quasi gloriaretur de hoc, ad omnes Sanctos loquebatur: *Ecce nunc quid noui à sponsa meâ receperim, Veruntamen incomparabiliter maiori reficiebatur hæc Sancta gaudio, si quando beneficij quid eiusmodi in proximum locasset, quàm gaudere soleat auarus, si pro vno denario centum recipiat marcas.* Et aliâ vice cum S. Gertrudis ex multimodâ consolatione presentia Domini, & spiritualium intellectuum exercitatione, nimis esset debilitata, accipiens vnas nocte quadam, recreauit se tali intentione, quâ ipsam Dominum in se ipsâ reficeret. Quod Dominus magnificè acceptas, ait: *Modò fateor mihi recompensatam amaritudinem illam, quam de sponsiâ in cruce pro amore tuo bibi, quoniam pro ipsâ iam de corde tuo indiscibilem dulcedinem sugo. Et quamò tu paruis ad laudem meam corpus recreaueris, eò suauis ego me proficitor in anima tuâ refectum.* Hinc cum illa pelliculas & acinos vuarum in manu congregatos, in medium domus prouiceret, adfuit & Satan omnis boni persecutor, qui hoc quod ista abiecerat recolligere conabatur, quasi ad refificandum culpam infirma, quia ante matutinas contra religionem comedisset. Cumq; vnam de istis pelliculis velut duobus digitis vix attigisset, illud intolerabilis cruciatus ardore combustus, terribiles emitendo larratus, de domo concisus profliuit, diligentissime obser-

l. 1. c. 9.
infia. diu.
pict.

l. 1. c. 17.
infia. diu.
pict.

l. 1. Recu.
cap. 14.

col. 10. 8.

seruare studens, ne aliquid vltra pede contingeret: ex-
cutus tactu cruciatu perferat ita intolerabilis pene.
Sed etate hoc ipsum eam ipse Dominus do-
cuit: Quicumque studuerit singula commoda sua in bi-
bendo, comedendo, dormiendo, & similibus que ex na-
tura cogitur suscipere ea sumere intentione vt dicat
corde vel ore: Domine hunc cibum, vel aliud quodecum-
que suscipio in illo amore quo tu ipsum eundem sancti-
ficasti, cum in tua sanctissimam humanitate, consimili
viteris, ad laudem Dei Patris & salutem totius gene-
ris humani, orans, vt in vnione Diuini amoris tui cedat
in augmentum solati, animabus celestibus terrestri-
bus & purgandis; ille singulis viciis quibus tali in-
tentione aliquid suscipit commodum) protendit coram
me quasi scutum quoddam firmissimum, quo contra di-
uersas molestias quibus a mundanis infestor, quasi pro-
tectus defendor.

Et alia vice cum feria sexta ante Bacthana-
lia, post Matutinam audituisset in coquina pul-
santibus laboratoris ad prelibandum, illaque
ingenitiscens dixisset: Heu me, mi Domine, quam
mane surgunt homines ad infestandum te cibo? Ad
quod Dominus blande quasi subridens dixit: Noli in-
genitiscere libarissima, quia hi quibus modò pulsatur,
non sunt de numero illorum, qui contra me crapula
seuunt, quia per hanc prelibationem ipsi vocantur &
inuitantur ad laborem. Vnde & ego delector in eorum
vicio, quem admodum quis delectatur in refectioe sui
iumentis, quod pabulo pascat ad ministrandum sibi.

Et alia vice audiuit dici à Domino: Quem ad-
modum aliquis ex nimia lassitudine concito anhelitu
biat, sic singula membra sine intermissione velut anhe-
lans mirabitur sibi omnia opera bona que sunt cum
intentione ad laudem Dei, à quoquam homine pera-
gantur in Ecclesia, & illa in se purificata & nobilitata
officiunt semper venerande Trinitati in laudem eter-
nam. Sed opera que sunt cum intentione ad laudem
Dei, illa mirabitur sibi cor diuinum, miro quodam & in-
effabili modo, ea in se nobilitando & perficiendo, im-
mò ditando meritis mentem, ob fructum in-
tentum ex laboribus nostris secuturum.

Hinc S. Gertrudis diuinitus edocta est, quòd
quandocumque aliquis scribit, vel alios docet ea inten-
tione vt laus Dei per hoc promoueatur, & profectus
animarum, tunc omnis profectus, quem aliquis vnuquam
ex illa scriptura sine doctrina, etiam post mille anno-
rum millia consequetur, totaliter cedit in illius sala-
re, qui sua intentione hoc Domino primitus prelibauit.

Hoc quoque Christus Dominus aperte con-
firmavit S. Brigittæ, dicens; etiam illud tempus,
quod impenditur subueniendo corporis necessitati, si id
rationaliter fiat, inter spiritualia reputari.

Porrò talis amor, quo nos ipsos propter Deum
amamus, vt in nobis, & per nos Deum voluntas
impleatur, ad eò purus & excellens est, vt S. Ber-
nardus in tractatu de dilig. Deo, rarò dicat eum,
& quali raptim, & vix vnus momenti spacio
concedi. Monet autem vt ad illum aspiciamus.
Quoniam enim, inquit, Scriptura loquitur, Deum

omnia fecisse, propter semetipsum, erit profectò, vt sa-
clura se quandoque conformet & concordet auctori.
Oportet proinde in eundem nos affectum quandocum-
que transire, vt quomodò Deus omnia esse voluit pro-
pter semetipsum, sic nos quoque nec nos ipsos, nec aliud
aliquid fuisse vel esse velimus, nisi æque propter ipsum,
ob solam videlicet ipsius voluntatem, non nostram vo-
luptatem. Delectabit sanè non tam nostra vel sospita
necessitas, vel sortita felicitas, quam quòd eius in nobis
& de nobis voluntas adimpleta videbitur; quòd &
quotidie postulamus in oratione dum dicimus: Fiat vo-
luntas tua, sicut in celo & in terra. O amor sanctus &
castus & dulcis & suavis affectio! o pura & desecata
intentione voluntatis, eò cerè desecator & purior, quòd
in ea de proprio nil iam admixtum relinquatur: eò sua-
uior & dulcior, quòd totum diuinum est id quòd senti-
tur. Sic affectus, deificari est.

Qui tamen bono modo operaretur propter
metum pœnarum, vel spem præmiorum, non
peccaret, & bene, etsi non perfectissime, faceret
ea, quæ placent Deo. Quocirca Concilium Tri-
dentinum sanxit: Vt si quis dixerit, gehemmetum,
per quem ad misericordiam Dei, de peccatis dolendo,
confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse,
anathema sit. Et ibidem Can. 31. Si quis dixerit, iu-
ustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene
operatur, anathema sit. Tali enim modo operabatur
etiam Dauid, vit secundum cor Dei, vt ip-
semet de se testatur: Inclinaui cor meum ad facien-
das iustificationes in æternum, propter retributionem.
Sic etiam fidelissimus Dei seruus Moyses, teste
Apostolo, Magis elegit affligi cum populo Dei, quam
temporalis peccati habere incurritatem; maiores diuitias
estimans, thesauro Aegyptiorum improprium
Christi, aspicebat enim in remunerationem.

Verumtamen perfectionis studiose, non est
quiescendum in his duobus finibus, eò modo,
vt nisi pœnas comminatas formidaret, aut nisi
proponerentur æternæ in celo præmia, non es-
set legem Dei seruaturus. Talis enim pluraquam
seruili animus, non meretur æternam retribu-
tionem, sed vitæperationem & pœnam. Nam, vt
ait S. Gregorius Nyssenus, Improbi mancipij hæc
mens, pistrina digni, vinculis, & verberibus, cruciatus
solùm effugere laborantis, suos verò conatus, ne tantil-
lùm quidem desinant, ad acquirendam gloriam ho-
mine ingenio dignam, & honores qui ex illo splendore
proueniunt. Meretur tamen retributionem, me-
tus pœnarum, si voluntatem peccandi excludat,
& cum spe veniæ ac retributionis, incitet ius-
tam, & inuenit, ad Dei seruanda præcepta. Hoc
sensu dixit S. Augustinus: Quando facis bonum
opus, propter vitam æternam fac, si ideo facis, securus
facies: hoc enim mandauit Deus.

Sed pro dolor, multi ne quidem ob deside-
rium æternæ vitæ faciunt ea quæ faciunt. Hoc
sciens S. Hieronymus monuit: Conueniat vnus-
quisque cor suum, & in omni vitâ inuenire, quam ra-
rum sit, fidem animam inueniri: vt nihil ob gloriæ cu-
pidita-

87.

Sess. 6.
can. 8.

Psal. 118.
112.
Hebr. 11.
25.

exhor. ad
tardantes
baptisimũ.

in Pf. 120.

88.
ep. adu.
Lucifer.

L. c. 11.
inf. diu.
pict.

L. c. 14.
inf. diu.
pict.

L. c. 9.
inf. diu.
pict.

L. c. 11.
inf. diu.
pict.

L. c. 14.
ep. 14.

col. 10. &
11.

piditatem, nihil ob sumasculos hominum faciat. Neque enim statim qui ieiunat, Deo ieiunat, aut extendens pauperi manum, Deo sanatur. Vicina sunt, vicina virtutibus, difficile est, Deo iudice esse contentum. Finis itaque bonus sit, ut bene fiant, quae placent Deo. Plura de bonitate finis dicam infra in explicatione quarti F. & in Opusculo de Negotiatione caelesti.

l. 1. cap. 1.

89.

Porro si quis velit agnoscere, an pura intentione diuini obsequii, faciat ea quae facit, haec inter alia signa demonstrabunt conditionem intentionis.

Primo, si egre fert sua vituperari opera, aut non laudari, aut non succedere, ideoque cupit ab eis desistere, signum est non rectae intentionis. Quemadmodum quos diuites esse iuuant, inquit S. Chryostomus si quando in pauperem incidimus, marore afficiuntur, & qui delicias assueverunt, tenuem ac simplicem victum tolerare nunquam possunt; ita qui laudum amore capti sunt, non solum cum iniuste vituperantur, sed etiam cum ab aliis assidue non laudantur, quasi fame quadam animum conficiunt, scilicet marore. Ideo B. P. Franciscus Borgia, semper sibi suas dicebat conciones succedere, etsi non placerent quandoque sibi & aliis, ob defectum vel materiae, vel dispositionis, quia pure propter Deum eas parabat, & faciebat quantum poterat.

l. 2. de Sa- cerd.

Secundum signum prae intentionis est, si dum sunt laudatores nostri operis, vel fore sperantur, egre illud facimus, & accuratissimus, securus, si vituperatores adsint, vel timeantur. Quare S. Basilus: Quomodo conuinci aliquis potest, quod placere hominibus studeat? & respondet sic: Nimirum quando apud laudantes studium praesert, apud vituperatores vero lenior efficitur. Si enim vere habet in animo placere Domino, idem erit vbiq; & illud efficit, quod dictum est: per arma iustitiae a dextris & sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores & veraces.

Reg. bre- ui 33.

2. Cor. 6.

Tertium signum: qui iniquo animo fert se per Superiores suos amoueri ab aliqua occupatione ante solitum & praefixum tempus, quod illi impendi ab aliis solet (vt est apud nos in Philosophico studio triennium, in Theologico quadriennium, in regimine aliorum triennium) si- tum est certum, eum qui id egre fert, non pure intentione, Diuinam exequendi voluntate, illud officium obiuisse. Qui enim pure propter Deum facit ea quae facit, sicut prompte aggressus est id, quod illi a Diuina voluntatis interprete Superiore iniunctum est; ita prompte cessat ab inchoato opere non absoluto, quando- cunque Diuinae voluntatis interpretes dicet esse cessandum. Agnoscat in Superioris decreto, Dei decretum, ita suos commendantis Vicarios, Lucae 10. Qui vos audit, me audit.

Quartum signum purae intentionis est, si quis ita se preparat ad lectiones scholasticas, & ad

conciones, & ad disputationes, & ad alia coram paucis, abiectis, vilibus, in loco priuato & inglorio facienda, quomodò se praeparat ad eadem facienda coram multis, coram Proceribus, in loco celeberrimo & publico. Vbiq; enim idem Deus est. Saepè autem libentius manet per gratiam in cordibus pauperum, & mundi iudicio vilium personarum, quam in palatiis & Urbibus Regum & Magnatum. Ideò S. Dominicus illustrissimi Ordinis Praedicatorum Fundator, libentius concionabatur in villis & oppidis, coram personis abiectis, quam in Ciuitatibus & Urbibus coram Nobilibus & Proceribus. Non quarebat enim applausum, sed fructum, quem sperabat maiorem ex suis concionibus deriuandum in eos, quos Dominus Iesus primùm natus ad se primos admisit, & de quibus postea dixit adutus: Confiteor tibi Pater, Domine tibi & terra, quia abscondisti haec à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sed timendum est, ne multi ita sua expediant, vt quondam Monachus quidam Cisterciensis, qui tantùm diebus festis, quando multos sperabat Auditores, pulchre cantabat, silebat verò aliis diebus. Hinc daemon, Dei voluntate, prauam eius intentionem castigaturus, horrido & fædè contorto vultu, in specie pueri, in omnium conspectu apparuit, plaudens manibus, & vanissimum cantorem irridens, & dixit: ò bene cantauit, bene, statimque disparuit.

Quo loco non est omitterendum, inquit Bel- larminus, quod prudenter monet S. Bonauentura, non sufficere, vt opus virtute referatur in Deum, si quis ad initium anni, vel mensis, vel etiam diei, generali quadam intentione referat omnia sua futura opera in Deum, sed necesse esse, vt illud ipsum opus particulare referatur in Deum, quod postea faciendum est. Tunc enim dicuntur opera virtute in Deum relata, cum intentio praecedens est vera causa operum, quae postea sunt. Vt, si quis apud se certo constituat aliquam nummorum summam propter Deum pauperibus erogare, & postea summam illam oblata occasione eroget, & postea virtute referat opus suum in Deum, etiam si dum pecunias illas distribuit, nihil de Deo cogitet.

Quarta conditio ad facienda bene ea quae placent Deo, est vt fiant bonis modis, non enim satis est ob finem bonum facere, quae facis, nisi bonis modis facias. Non bene succedit, inquit S. Cyprianus, vel Origenes (vtrique enim liber de singulis Clericis. 90. non est, quod agitur sanctum, nisi sanctè quod sanctum est peragatur. Agnouerunt hoc & morales Philosophi: Non in sacro laus est, ait Seneca, sed in eo quemadmodum fiat. Et Aristoteles, non esse dicit opus iustum aut temperatum, nisi iuste & temperate fiat, scilicet, & ob finem ac honestatem quae est in iustitia & temperantia, & modo debito. Quemadmodum in beneficiis non res, sed animus quo sunt & conferuntur, spectatur.

Non

Cast. 1. p. Chron. Ord. Priz.

Spec. V. Cantus.

l. 5. de iust. cap. 15. in 2. d. 41. a. 1. q. 3.

90.

de singulis Clericis.

epist. 95. 1. 4. eth. cap. 2.

92.

tur. Bona est illa lectio, quâ libri leguntur vniuersusque statim & necessitati congruentes. Bona illa Meditatio in Nouitio & Tirone, quâ excitetur ad odium peccati, & ad mortificationis, ac virtutum studium: non bona, si occupetur in contemplandis ex professo Diuinis attributis, vel consideratione Psalmorum, aut rerum altissimarum. Bona illa Meditatio in proficiente, quæ materiam habet vitam & Passionem Christi, quam Theologia mysticæ Doctores celeberrimi, & antiqui, & recentiores, etiam viris ætate ac virtute maturis & perfectis, & ad altissimum contemplationis donum euectis, considerandam suadent, S. Augustinus, S. Bernardus, S. Bonaventura, Hugo de S. Victore, S. Thomas, S. Franciscus Assisias, S. Ignatius & alij. *Secundò*, per hanc circumstantiam denotatur quantitas rei, vel, vt in scholis loquuntur, materiæ & obiecti, circa quod versatur alicuius actio: an sit magna res vel parua; longa an breuis. Ceteris enim paribus, melior est elemosyna, per quam plus datur mendico; melius votum, quo plura Deo vouentur; melior est oratio, quò longior, si cetera requisita adsint, vt est consensus Superioris, & nil per eam vtilius eo tempore impediatur; nec inde vllum sanitatis, aut rei temporalis damnum sequatur. Non enim bona esset omni ex parte illa oratio Oeconomi, ob quam negligeret curam rerum commissarum sibi, si in eis lequeretur inde damnum aliquod.

Quo loco aduertendum est, magnitudinem operis non solum spectandam esse ex magnâ quantitate rei datæ vel factæ, quòd ingens & pretiosa sit, sed etiam ex facultate dantis, si non sit exigua. *Vnde* nihil vetat, inquit Aristoteles, quin liberalior sit aliquis, qui pauciora dederit, si modò ex paucioribus etiam fuerit elargitus. Hinc, Christi Domini iudicio, Vidua Evangelica plus diuitibus dicitur dedisse, quamuis diuites plura dederint. Nam, vt ait S. Ambrosius hoc ponderans, *Vberior est nummus è paruo, quam thesaurus è maximo: quia non quantum datur, sed quantum resideat expenditur. Nemo plus tribuit, quam qui nihil sibi relinquit.* Quâ de re etiam S. Ildorus Pelusiota sic scripsit: *Multi reperiuntur, qui de magnâ copiâ dant pauca. E contra multi de exiguis facultatibus, dant multa. Neque enim tam mensurâ suæ qualitas eorum que dantur, quam dantium facultates & animus attenditur, & inde iudicium sumitur. Quæ causa est, cur vidua quoque illa que duo minuta intulit in gazophylacium, omnes, qui multa offerebant, longo intervallo post se reliquerit. Illi namque particulas duntaxat suorum bonorum offerebant, ipsa vero omnem suam substantiam dedicauit.*

97. Huc spectat quantitas temporis: vt tantum vnicuique actioni tribuatur temporis, non plus nec minus, sine iustâ causâ, quantum est pro eâ, vel à lege vel à probatâ consuetudine præscriptum. Alioquin si non impenderetur totum tem-

pus, esset quædam rapina in holocausto, quam odiosè habet Deus Isai. 61. 8. *Etiam in his que offeruntur dona Deo, inquit S. Basilius, ea repudiantur, vt minime grata, qua curta aut mutila sunt.*

Hinc S. P. Ignatius cum semihoram suis præscripsisset pro Missa legendâ, & de hac longitudine quidam Nobiles Romani cõquesti essent, non iussit decurtari Missæ tempus, sed loco Euangelij ex c. 11. Ioan. in fine dici soliti, permisit (quod tunc ante Concilium Tridentinum licebat) breuius illud Euangelium recitari, quod solet legi in Missâ de Beatissimâ Virgine à Purificatione ad Pascha ex c. 11. Luca: *Beatus venter qui te portauit &c.*

Circa quam circumstantiam notandum est monitum S. Ambrosij: *Solliciti esse debemus, ne quid temere aut incuriosè geramus, aut quidquam omnino, cuius probabilem rationem non possumus reddere. Actus enim nostri causa, etsi non omnibus reddatur, tamen ab omnibus examinatur.* Ad hanc circumstantiam reduci debet, mediocritas siue medium, quod Philosophi morales docent debere esse in virtutis actione quauis, vt videntur extrema. *Non enim potest esse virtus, inquit S. Gregorius Nyssenus, cui vel deest, vel cui excedit conueniens mensura, vt in magni & excelsi animi virtute, cuius quod deficit, est timiditas, quod exsuperat, est audacia.* Quocirca benè definiuit Aristoteles virtutem, *Habitum electum in mediocritate consistentem.* *Vnde Seneca. Cùm sit vrinque virtutis modus, aquè peccat quod excedit, quam quod deficit.* Hinc benè S. Ildorus Pelusiota scripsit: *Medium virtutis iter tenet, siquidem ipsius excessus & defectus à rectâ viâ abducentes in peccata definiunt.* Quocirca benè monuit Philo: *Debet curare mens, vt non modo indefessa, & intentâ sequatur Deum: verum etiam per callem rectam incedat, nec ad dexteram inclinans, nec ad laeuâ. Satius est enim per viam mediam incedere, verè dictam regiam, quam ille Magnus & solus Rex Deus munuit in vsum animarum, virtutis studiosarum.* Quapropter quidam qui mansuetiorem socialemq; colunt Philosophiam, *Mediocritates, virtutes esse dicunt.*

Tertia circumstantia est, vbi, quæ denotat locum. Si enim bona alioquin & necessaria res, fiat non in suo & debito loco, non bono modo fieret. Bona erat & necessaria venditio columbarum pro sacrificio Mosaico; Christus tamen eam in templo institui vetuit, & vendentes è templo eiecit. Bona res est, studiis dare operam, sed bona non esset, si in eo Domicilio studia tractarentur, in quo sola spiritualia debent tractari ab alijs, qui ad hoc solum sunt destinati. Bonum est petere consilium necessarium, sed non ibi petendū est, vbi omnes silere iubetur. Bona res est recitatio Canoniarum horarū, sed hoc fieri debet, non in loco ambulationibus peruito, & distractius, nec in loco indecenti ac sordido, in quo etsi piæ cogitationes & affectus possent eliciri, & priuatæ orationes, vt vocât, iaculatoriæ depromi, iuxta illud Apost. *Volo vos orare in omni loco;* 2. 8.

Aug. 1. de carech. rud. & 1. 1. Conf. c. 16. & 1. 2. doct. Chr. c. 41. & S. 23. ad fr. in ere. & in manu. c. 32. Ber. S. 62. Câr. Bon. Coll. 7. v. 1. de paruo bon. p. 3. & sum. amor. c. 3. Hug. 1. 4. dean. c. 10. Tho. 2. 2. q. 82. a. 3. ad 2. Fr. 1. p. Chro. 1. 1. c. 88. Ign. in exerc. lib. 1. 4. eth.

1. de vid. 1. 4. epist. 118.

1. 4. epist. 118.

97.

Reg. bre. ui 53.

1. 1. Offic. cap. 47.

h. 6. in Recl.

1. 2. eth. cap. 6.

1. 2. de bene. c. 16.

1. 3. ep. 131.

1. de migr. Abrah.

98.

Ioan. 1. 15. 16.

99. 1. Tim.

2. 8.

100.
101.
102.
103.
104.
105.
106.

eo quodd, vt ait S. August. Ex quo Christus adueniens expiauit vniuersam terram, omnis locus oratorium factus est; tamen dum publico Ecclesie nomine, a Sacerdotibus, tanquam a Legatis Ecclesie ad Deum legatio perficitur per publicas Ecclesiasticas preces, etiam priuatim recitandas, debet id fieri (vti monet merito S. Ambrosius) in loco competenti, non vti que in sordido, & importuno; vt docet Suarez & alij Theologi.

Quarta circumstantia est, quibus auxiliu. Hæc significant media, & mediatores operum nostrorum. Si enim res bonæ quarantur per media verita, vel per Mediatore prohibitos, bono modo non quarantur. Bonum opus est, bonarum artium acquisitio, sed non bono modo id fiet, si ea per libros & anthores vetitos quareretur. Bonum est & necessarium, curare morbi proprii, vel alieni fanationem; sed non bono modo id a Religioso fiet, si sine suorum Superiorum consensu, & Medicos & medicinas conquiret, aut diuersas a prescriptis adhiberet. Ordinare & cum delectu faciendâ sunt omnia in obsequio Dei, & in erigendâ turris Euangelicæ perfectione, vti eâ appellat Abbas Isaac apud Cassianum. Neque enim homini preparatur habitatio, sed Deo, vti dixit David de templo ædificando ad cultum stabilem Dei. Qui sepem aut aggerem construit, inquit Plutarchus, quoduis congerum lignu, saxum, aut colummam e sepulchro delapsam, at qui Regiam ædificat nihil temere componit. Sic vir bonus nullam vite partem negligit in compositis. Opera seculi hominū mundana, sunt velut materia pro constructendis sepibus, at spiritalia & Religiosa seruatorum Dei, sunt pro ædificandâ Dei Regiâ, ordinatæ & cum delectu congreganda. Dei ædificatio sumus, teste Apostolo; immo templum Dei, vt ibidem ait: & virtutum ordinata congregatio. inquit S. Thomas, per quandam similitudinem ædificio comparatur; & quidem non vulgari, sed pro habitatione charâ ipsius Dei, ideo per bona media, & Mediatore seu media perfici debet.

Quinta circumstantia est, cur. Hæc denotat extrinsecum Finem operis, adiectum voluntate operantis, ad finem proprium, & intrinsecum suscepti operis. Exemplo rem declarabo. Finis proprius & intrinsecus ieiunij, est carnis afflictio, si quis ergo ob hunc finem ieiunet, & putans se suo ieiunio alteri exhibiturum molestiam, eâ quoque ob causam ieiunare velit, sine hoc secundo suo, vitabit ieiunium. Sic quamuis bonum sit colloqui de rebus bonis cum altero, ad excitandum amorem virtutis, si tamē in colloquio bono & proprio, eius fini adderes alterū finem, v.g. vt alter ex conuersatione tuâ, cum illâ personâ occasionem sumat mæroris vel afflictionis aliquid ac melotypiæ, non esset bonus finis iste secundus. Nullus ergo debet finis accedere non bonus, ad opus bonum, habens proprium finem bonum. Non valde attendas, inquit S. August. Quid homo faciat, sed quid, cum facit, afficiat. bonum opus

intentio facit. Fac enim optime hominem gubernare nauim, sed perdidisse quod tendit, quid valet quod antennam optime tenet, optime mouet? Non itaque virtus, vt ait S. Hieron. sed causa virtutis, apud Deum mercedem habet, & si a rectâ vi paululum declinaueris, non interest, vtrum ad dextram vada, an ad sinistram, cum verum iter amiseris. Intentio, inquit S. Ioannes Climacus, in omnibus apud Deum discutienda est, & in hū qua vrgent, & in hū qua differri debent. Omnia enim, qua affectione vituperabili & inquinatone omni munda propter Dominū proprie, nec propter aliud aliquid sunt, etsi non sint omnino optima, nobis tamen vt optima imputabuntur.

Sexta circumstantia est, quomodo. Hæc sita est, Primò in illâ ideâ peragendi quamlibet actionem, quæ a lege aliquâ Diuinâ vel humanâ præscripta est pro illâ actione, vel saltem a consuetudine receptâ à bonis, & approbatâ. Quod si nec hinc peti possit idea peragendæ actionis, illa petenda est ab ipso dictamine rectæ rationis, à naturâ rationali, vt rationalis est profecta, & conformis principiis in Diuinâ lege præscriptis. Sic multos legimus benè viuendi & actionis humanas dirigendi modos, traditos ab Ethnicis Philosophis moralibus, Aristotele, Cicerone, Seneca, Plutarcho, Epicteto, & aliis, ex rectæ rationis innatis dictaminibus deriuatos. Hinc Aristoteles benè describit virtutem, habitum electiuum, in mediocritate consistentem eâ, quæ est ad nos definitâ ratione, & vt prudens ipse definiat. Idem senserunt Pythagorei, vt docent illa Theagis Pythagorici: In vniuersum virtus est congruentia quedam irrationalium partium anime, ad eam quæ ratione prædita est. Ea fit, si voluptatis & doloris finem suscipiat, eum qui decorus est. Nihil enim aliud vera virtus est, quam habitus ipsius decori. Ipsum autem decorum est, quod conuenit fieri. Indecorum autem, quod non decet fieri. Quid autem deceat vel non deceat, recta ratio demonstrat. Vnde benè S. Augustinus ait; virtutem esse animi habitum, naturâ modo atque rationi consentaneum. Quam ad rem seruit familiare dictum Sancti nostri Coadiutoris Hispani Ioannis Ximenez, qui vt scribitur in vitâ P. Balthasaris Aluarez, rusticano modo, sed benè, dicere solebat, tres Superiores esse audiendos, Deum, Prelatum, & Rationem. & omnes tres vnum sunt. Deus enim est vnus, qui per se & per Superiores & per rationem nos gubernat.

Atque hæc idea operandi iuxta dictamen rationis inditæ à Deo naturæ rationali, secura est: quia loquendo vniuersaliter, bonitas voluntatis, & cuiusvis bonæ actionis, dependet à ratione. (vti cum Theologis docet S. Thomas) tanquam à Regulâ ordinante humanos actus. Homini enim ratio, inquit B. Laurentius Iustinianus, cum splendore illustratur Sapientia, & diuino appropinquat lumini, est quedam spiritualis regula, & magistra virtutum, per quas quid rectū, quid obliquum versetur in corde, quid agendum & quid omittendū sit, sufficere intelligit. Idem Christi legitimus seruus,

1. in c. 5.
Matth.
gr. 26.
col. 9.
106.
1. de virt.
1. 4. con.
Iul. c. 3.
c. 21. pag.
240. & c.
45. pa. 531.
107.
1. 2. q. 10.
a. 3.
disc. &
perfect.
mon.
con. c. 24.
S 2

& perfectionis amator, nunquam cesset, rationis iudicio virtutum actus examinare, ne incuriâ discretionis, vitium sub virtutis velamine ad opus exeat. Deus enim, vt ait S. Basilius Seleucia Episcopus, per naturam legem, boni malique, rationem nobis indidit, sui dominam, aurigandi gnarum, & redricem optimam. Hinc Tertullianus: Nec bonitas, sine ratione bonitas. Sed vt pratico aliquo exemplo tyrones nostros doceam, quid sit iuxta recte rationis præscriptum bene operari, dico exempli gratiâ, dum pro aliquo describitis aliquid, describite ita legibiliter, vt sine difficultate possit legere id quod descripsistis. Ideo formandâ bene singulâ literâ; punctula quæ supernè adscribuntur literæ directè supra scribamur, non supra literam sequentem: abbreviationes literarum aut nullæ adhibeantur, aut illæ tantùm quæ omnibus perspectæ sunt: quæ à capite, seu nouâ periodum scribi debent, scribantur à capite, non continuato scriptiois & versus contextu. Maiusculis non scribantur, quæ minusculis verba scribi debent: vbi punctulum claudens periodum (.) scribi debet, non scribatur (,) comma: vbi y scribendum est, non scribatur ij, nec i: vbi esse debet dyphthongus, ponatur dyphthongus, non alia litera: literæ autem omnes eo modo formentur, quo à typographis imprimuntur, sine caudulis, & characteribus profus diuersis ab iis, qui in libris latinâ & vulgari linguâ impressis cernuntur. Non est hæc res parui momenti. Ideo S. Basilius, tam gratis S. Ecclesiæ Doctor, non dubitauit totâ epistolâ monere amanuensem, seu librarium scriptorem, vt rectè scriberet versusque, rectos duceret, neque sursum manus, neque infra ferretur ad præceptis: idque multis, & copiose & non sine sermonis aculeis ei inculcat. Si id tanti fecit, quanto pluris fecisset maiores in describendo errores?

Adferam aliud exemplum domesticum: Si in Conuentu domestico publicè aliis audientibus recitandæ sint à te Litanie de Omnibus Sanctis, vel de Beatissimâ Virgine Lauretana, quibus alij respondere debeant, ita eas recitato (idem fac benedicendo mensam, & gratias agendo post eam.) Primò tam sonorâ voce dicas omnia, vt etiam illi qui vltimo loco claudunt agmen flectentium tecum genua, tuam vocem, & id quod pronuncias, sine vllâ difficultate & conatu aurium exaudiant. Hanc ob causam, teste S. Nazianzeno, olim qui accedebant ad sacra vocem per purgabant, ne scilicet ob raucedinem, & pituitam nō eiectam, exaudiri nequirent verba sacra pronunciantes. Secundo, ablit à te omnis festinatio, in toto litaniarū decursu: ita vt pronuncies singulos versiculos tam lentè, vt pronuncies salutationem Regis, si à te alloquendus esset. Hoc sensu potest intelligi illud Eccl. Spiritus Sancti monitum: *Ne cor tuum sit velox, ad profertendum sermonem coram Deo.* Festinare enim in precibus, præsertim publicis, corā aliis, est vt, improbens id dixit S. Cyprianus, *Ventilare*

preces nostras inconditis vocibus, & petitionem commendandam modestè Deo, tumultuosa loquacitate iactare. Tertio, pronunciatō nomine vnus Sancti, non pronuncies statim sine vllâ morulâ & interuallo, nomen Sancti sequentis; sed silendo tantillū, vt, qui tecum Litanis adsunt, possint te tacente respondere: *Ora pro nobis: vel, Ora te pro nobis.* postea tunc demum alium Sanctū inuoca. Quarto, cum ad versiculum precum vel psalmi à te pronunciatum, alij respondunt, pronunciant sequentem versiculum, antequam illi totū penitus pronuncient, non pronuncies subsequenter versiculum: quod etiam seruandū est initio Missæ dum pronunciat Pſalmus, *Iudica me Deus.* Idem seruandum est respondentibus Sacerdoti litanias recitanti, ne, vt monuit nos R. P. Mutius Generalis, *festinatione nostra præuertamus Sacerdotē præuentem.* Sed antiquius est monitum S. Theodori Studitæ, qui ait: *Id offendere Spiritum Sanctum, si quis frequentando versus auspicetur, priusquam prædictus sit absolutus.* Quinto, dum recitas decem illas orationes, quæ in ipso Litaniarum sine in Breuiario Romano sunt positæ, finiēdo præcedentem orationem, non pronuncies alteram orationem statim, sine vllō interuallo & pausa, sed silendo tantillū, quantum silere solent musici, dum cantando incidunt in signum illud, quod appellant *semitactum*, vel *pausam semitactus*, quo vilo, non diutius silent, quam illa temporis particulâ, quâ emititur vnâ suspitium. Et talem quoque festinationē ait supra loco citato allatus S. Theod. Studita, *offendere Spiritum Sanctum, si concitator eat versus.* Sexto, ita in Litanis, & alio tempore dum oramus flectenda sunt genua, ne vel altari inuitamur, vel instar iacentium & eadentium fulciamus nos scanno, vel cancellis ante altare positis. Quod tati faciebat S. P. N. Ignatius, vt hac de re fecerit Regulâ septimam inter Regulas aditui seu Sacristæ, & Regulâ 27. inter communes, & iubebat quotidie Ministrum Domus, nostros inuicere orates, ac videre: *An genua flectendo incumbant scanno, vel alicui alteri sulcro.* Sciebat enim S. Pater id quod scribit S. Cypri. Martyr: *placendum esse diuini oculi & habitu corporis, & modo vocis.* Ideo sic orationi deditū suum Patrem, etſi ægrum & centenariū, laudauit S. Greg. Nazianz. *quod mortuus esset in orationis verbis, ac gestibus, nullo vixij vestigio.* Quāto ergo magis sanos & vegetos decet Deum alloqui, in precibus nullo situs, vocis, & pronunciationis vitio, & vitij vestigio?

Quia tamen humana ratio, etiam adhibitâ diligentia, ad rectè proponendas voluntati res eligendas vel fugiendas per se sola semper nō sufficit, & homo non est securus, an illa sit à diuine Sapientie lumine illustrata, ideoque sepe perplexa est, quid faciendum sit, nec potest semper assequi omnia particularia sine errore. Vnde quandoque apprehenduntur res tanquā bonæ (etiam à viris bonis & prudentibus igno-

Orat. 39.

de præscr. cap. 7.

epist. vl. seu 180.

Or. 20. num. 1.

Eccl. 5.1.

l. de orat. Dom.

Epist. An. 1620.19. Dec. S. 99. ca. techet.

Reg. an. M. S. l. de orat. Dom.

Orat. 19.

rantiâ vel affectu inordinato laborantibus) que verè bonæ non sunt, vel certè illo tempore & modo non exequenda: idè addidi, dictamina nostræ rationis proponentis aliquid voluntati eligendum vel fugiendum, esse priùs examinanda, an sint conformia diuinis legibus seu principiis, immo quandoque etiam humanis. Quod si à defæcato & non perturbato animi affectibus iudicio, iudicabuntur conformia Diuinis & humanis legibus tunc ratio nostra, saltem sine culpâ displicente Deo, prudenter diriger actus nostros, vt sint boni, & saltem sint sine defectu culpabili. Conformitas autem rerum agendarum vel fugiendarum, cum Diuinis legibus & humanis, agnosci potest, tum ex viâ voce Superiorum, nos iuxta illas dirigentium, tum ex vniuersalibus principijs & doctrinis in Sacrà Scripturâ relictis, inter quas hæc sunt sufficientissimæ à duobus Apostolis relictæ: ad quorum normam si examinata fuissent facta quedam spiritalium hominum, & antiquorum & recentiorum, multis deceptionibus & peccatis aditus & locus fuisset obstructus.

In primis ergo præclara principia ad humanæ rationis & actionum ab eâ dirigendarum instructionem, hæc sunt tradita à S. Iacobo Apostolo: *Si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris &c. non est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus præuū. Quæ autem de sursum est sapientia* (illuminas nostram rationem, modum actionibus nostris præscribent) *primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suauis, bonis consentiens, plena misericordiâ, & fructibus bonis, nõ iudicis, sine simulatione.*

Excellentes doctrinæ in singulis hæc verbis continentur, ob quas non seruatas, vel audiuimus vel legimus, multa tentata & facta esse, etiam à virtus prudentibus alioquin & probis, non ipsis tantum noxia, sed & alijs, & tranquillitatè publicam labefactantia, vt nil grauius dicam.

Quocirca meritò S. Bernardus scriptum reliquit, citato hoc Iacobi Apostoli loco: *Omnem cogitationem, in quo hæc duo* (scilicet, vt sit pudica & pacifica) *non concurrunt, à Dei sapientiâ alienam esse non dubites. Eam ergo, quæ pudica videtur, nec ad vicia trahit aperire, sed virtutis præterdit imaginem, tunc demum à Deo noueris esse, si pacifica sit, si Prælati tui atque spiritalium fratrum approbatur iudicio: quoniam non faciet Dominus Deus verbum, quod non reuelauerit seruis suis.*

Alia principia tradit S. Paulus Apostolus: *Quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bona fame, si quæ virtus, si quæ laus discipline, hæc cogitate.* Cum ergo cogitatio sit actus nostræ rationis actiones humanas dirigentis, quando de modo exercenda actionis erit cogitatio his Apostolicis principiis conformis, benè dirigentur actiones nostræ, & bono modo fient. Ita ergo

informati sumus vt monet S. Ambrosius, vt bonarum rerum subeat animum cogitatio, appetitus autè rationi obtemperet, ne rationem excludat rei alicuius affectus, sed ratio quid honestati conueniat, examinet.

Idè dum oras, ora cum debitâ reuerentiâ & attentione, quia vtrumque humanis & diuinis legibus præscriptum est. Ora in loco non peruito, nec distractionibus exposito, dum Sacerdotale pensum domi perfoluis: quia recta ratio (etsi alia lex humana deesset) dicat in tali loco hoc faciendum non esse. Sed & in spontaneis precibus, ad quas nullâ lege adigeris, magnâ reuerentiâ in situ, & non festinante pronuntiatione verborum, Deum alloquere: id enim docet ipsum lumen naturæ, & rationis dictamen, aliam legem non exigens: *Minoris enim piaculi est, inquit Saluianus, si honor Deo non deferatur* (id est, si omittatur oratio spontanea) *quam si irrogetur iniuria per irreuerentiam in oratione, liberè sine vlla obligatione legis susceptâ, & tumultuariâ festinatione* (qualem & in colloquio cum rusticis & pueris vitamus meritò) *expeditâ.* *Decorè, inquit S. Theodorus Studita, ritèq; orandum est & psallendum, non obiter & supinè confusèq;.* Confusè fit, quando non proferuntur verba integra, vel ita velociter, vt vix quidem intelligantur. Idè id improbens monet idem Sanctus ibidem: *id, inquit, offendit Spiritum Sanctum, qui Ps. 46. ait: Psallite intelligenter. A intelligenter psallere non poterimus, nisi id obseruetur, ne frequentando versum auspicemur, priusquam prædictus sit absolutus, aut si concitator eat versus.* Idem docet S. Bern. *Vt strenuè inter simus diuinis laudibus, non præcidentes verba dimidia, non integra transientes.* Alioquin in hoc delinquentes S. Cyr. ait. *Ventilare preces, inconditis vocibus, & petitionem comédandâ modè Deo, tumultuosa loquacitate iactare, vt supra ex eodè retulimus.*

Secundò ad circûstantiam Quomodo, spectat, feruenter omnia que Deo placeant peragere. Ceteris enim paribus, que cum maiore deuotionis feruore fiunt, sunt Deo accepta magis, & nobis vtiliora ob maius meritum, & maiorem satisfactionem pro peccatis commissis, ac vim impetrandi maiorem gratiam. Quod vique ad eò verum est, vt quamuis SS. Eucharistia, vt docet S. Thomas, & vt sacrificium, & vt Sacramentum est, habeat vim remittendi omnem culpam & penam iustorum, tamen non totam culpam, & penam remittit, sed secundam modum deuotionis & feruoris in eo, qui hoc Sacram. suscipit vel sacrificiū offert. Et in eo offerendo magis attenditur (quo ad satisfactionem pro peccatis) affectus offerentis, quam quantitas oblationis: ita vt quauis hæc oblatio, ex sui quantitate, sufficiat ad satisfaciendū pro omni penâ, tamen sit satisfactoria illis pro quibus offertur, vel eâ offerentibus, secundum quantitatè deuotionis, & non pro totâ penâ. Si ergo id in hoc SS. Sacram. & Sacrificio, in quo ipse fons sanctitatis personaliter cõrinetur & sumitur, & quod ex opere operato suos supernaturales confert affectus, eorū magnitudo correspondet magnitudi-

di

1. Offic. cap. 22.

110. I. 8. de pro.

111. S. 99.

S. 99. in Cant. 112. I. de orat. Domini.

113. 3. p. 79. a. 5.

108. I. 1. 14. 198.

117.

109. S. de mul. ch. 1. 1. 1. 19.

Phil. 4. 8.

dini nostræ deuotionis & feruoris, hinc agnoscere possumus, quantoperè hic adhibendus sit ad cetera opera nostra, minoris efficacix & valoris, quàm sit SS. Eucharistix Sacramentum & Sacrificium sumptum & oblatum. Quocirca saltem eâ applicatione & feruore animi præparemus nos ad colloquendum cum Deo, quâ nos præparamus ad colloquendum cum Rege, de rebus maximis tractaturi: vel eo modo, quo nos præparamus ad disputandum in scholâ: Et ut, ita attendamus lectiõni Psalmorum & Ecclesiasticarum precum, sicut attendimus lectiõni historiarum, etiam causâ recreationis suscipiæ. Idem iudicium sit, de aliis operibus pietatis, præsertim ad immediatum Dei cultum spectantibus.

Quod si supradicta feruoris & mentis nostræ applicatio nimia videbitur, exequamur, saltem illud Apostoli Pauli præclarum, & sat indulgens nostræ fragilitati & tepiditati monitum: *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Hoc est, inquit S. Theodorus Studita, *parem oportere industriam conferre in virtutem.* Sanè si homines sæculi, cum magno affectu sese impietatis studiis impendunt, an non æquum est, vt homines Dei simili affectu studiis pietatis & sanctimonix inhæreant, tum ne filij tenebrarum sint prudentiores filijs lucis, quod Christus Dominus nollet; tum vt opera nostra sint magis accepta Deo, & vtiliora nobis? Nam, vt ait S. Ambrosius, *Affectus tuus nomen imponit operi tuo: quomodo à te proficiscitur, sic estimatur. Vides quàm morale iudicium habeas, te consulit, quomodo opus tuum suscipiat, mentem tuam prius interrogat.* Alioqui si serui diaboli & peccati feruentius seruiant suis perniciosissimis Dominis, quàm nos Deo nostro, magna erit nostra in die iudicij confusio, & iusta nos excipiet pœna. Et, vt ait S. Cyprianus Martyr, *Quâ nos excusatione purgabimus, qui seruis diaboli, & munera pretiosa & grandia, & nimio ac longo labore quaesita, sumptuosissimis apparatus comparantibus, minores sumus; vsque adeo vt Christo pro pretio passionis & sanguinis vicem nec in modicum rependamus?* Cùm tamen deberemus esse, vt monet Apostolus, *Abundantes in opere Domini semper;* Hoc est, vt explicat S. Basilus: *deberemus maiore studio persequi opus Domini, quàm ea, quæ vulgò in studio sunt apud homines.*

116. Tertiò ad hanc circumstantiam, quomodo, spectat firmitas generosa & constans in benè operando semper cum perseuerantia. Hæc perfectio operationis diuersa est à feruore, nec cum illo semper coniuncta. Hinc videmus multos tirones valdè feruentes, paulò post deficere, vel tepescere, & minimæ occasionei cedere, & in benè cœptis nõ perseuerare ob defectum constantis firmitatis in benè operando. Ad hanc constan-

Rom. 6. 19.

S. 108.

Luc. 16. 8.

114. 1. Offic. cap. 30.

115. 1. de oper. & elem.

1. Cor. 15. 58. Reg. bre. ui. 290.

tiam requiritur, inquit S. Thomas, *firmiter persistere in bono, contra difficultatem, quæ prouenit ex diuturnitate actus. Constantiam autem facit firmiter persistere in bono, contra difficultatem, quæ prouenit ex quibuscumque aliis exterioribus impedimentis; quæ præcipue sunt illa, quæ tristitiam inferunt.* Quin & Aristoteles inter conditiones requisitas ad perfectionem virtutis posuit hanc, *vt stabili atque immobili affectu agatur:* seu, vt virtus immobiliter operetur, & sit stabili ac firma. Hoc exigit Apostolus ab omnibus: *Stabiles estote & immobiles.* Et, vt ait alibi: *Simus in omni virtute confortari.* Magna est hæc perfectio in operando. Ideò & in Beatissimâ Virgine S. Ioannes Baptista explicans eius coronam septem lilij à Christo exornatam, dixit S. Brigittæ, *quintum lilium fuisse eius stabilitatem.*

Quarò ad eandem circumstantiam, quomodo, pertinet, hilariter & cum quodam sapore omnia facere in obsequio Dei, sine tristitiâ & pusillanimitate. *Nostrum condimentum,* inquit S. Bernardus, *velut tribus quibusdam herbis conficitur. Opus est, vt iustitia sit in intentione, hilaritas in operatione, humilitas in reputatione. Inspidua namque Deo & quodammodo insulsa nostra obedientia, vel patientia est, nisi omnium, quæ vel agimus vel patimur, ipse sit causa: (& hoc spectat ad rectam intentionem, de quâ supra egimus) quia & quicquid facimus, iubemur facere in gloriam Dei: & non si quid patimur, sed si quid propter iustitiam patimur, beati. Oportet autem pusillanimitatem quoque & tristitiam, in omnibus quæ agenda sunt vel toleranda caueri: quia hilarem datorem diligit Deus. Quâ S. Pauli sententiâ alibi citatâ, dixit: *Profectò qui respexit ad Abel ob alacritatis candorem, auertit faciem à Cain, quia conculcavit facies eius, utique à tristitiâ & liuore. Aduerto, qualis color tristitiæ sit seu inuidiæ, qui Dei à se auertit aspectum. Pulchrè & eleganter in colorando beneficio candor iucunditatis laudatus est voce illâ Poëtæ:**

— Super omnia vultus,
Accessere boni.

Septima circumstantia operis est, quando, quæ denotat tempus, quo aliquid fieri debet. Circa tempus autem inchoandarum seu perficiendarum actionum, tria sunt necessaria, vt benè fiant:

Primò, vt illo tempore fiant, quod est prescriptum à lege aliquâ, vel probatâ consuetudine, aut viuâ voce Superioris. Ideò Horæ Canonice Sacerdotum, suis dici debent temporibus, nec sine iustâ causâ aliis. Idem faciendum circa alias occupationes Domicilij, tempus suum habentes.

Quamobrem, inquit S. Theodorus Studita, *lati alacresq; simus: Tempus est Psalmodiæ prodeamus studiose, tempus est opificij operemur sedulo, tempus est silentij stilleamus honestè, tempus est alloquij: alloquamur circumspèctè: atque vt semel dicam, honestè omnia, decenterq; geramus, quemadmodum iubemur 1. Corinth. 14. Non latis ergo est, bonum facere, sed*

1. de hum. cap. 19.
2. 2. q. 137.
2. 3.
1. 2. eth. cap. 4.
110.
1. Cor. 15. 58.
1. de be. nef. cap.
Col. 1. 10.
1. 1. Reu. cap. 31.
118.
S. de obo. Parlap.
1. in In. La. de o. nef. cap.
1. in d. Can. c. 78.
1. de 4. man. 1. num. 1.
1. Cor. 9. Ser. 71. in Cant.
12.
1. 2. c. 4. di. nem. S. Th. q. 18. a. 4. 4.
12.
1. 1. q. 1. a. 4.

1. de hum. & suo tempore congruo faciendum est. Nam, ut ait B. Laurentius Iustinianus, quemadmodum immaturus fructus arboris. & ante tempus euulsus, nec sapit, nec nutrit; ita neque opus sine modo & tempore factum, augmentum validum potest prestare virtuti.

110. Secundo, si nullum sit præscriptum certum tempus operi, ceteris paribus, quò fiet citius, eò erit melius. Hinc illud proverbum: *Qui cito dat, bu dat*. Et, ut ait Seneca, *Sic demus* (Deo & hominibus) quomodo vellemus accipere: ante omnia, libenter cito sine vlla dubitatione. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit: quod quis agrè dimittere visus est & sic tanquam sibi subriperet. Etiam, si quid mora interuenit, euitemus omni modo, ne delibasse videamur. Et alio in loco: *Omne honestum voluntarium est: admisce illi pigritiam, querelam, sergueracionem, metum quod habet in se optimum, perdidit*. Quod quidem si erga homines seruandum est, multò magis erga Deum. *Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia*, inquit S. Ambrosius. *Qui tardè fecit, inquit Seneca, diu noluit. Quòuis leue & vulgare beneficium sit, inquit idem, si pressio fuerit, si primam quamque horam non perdidit, multum sibi adicit gratiamq, pretiosè, sed lentè & diu cogitati muneris, vincit. Qui tam paratè fecit, non est dubium, quòd libenter faciat*. Et ut ait S. Ambrosius, *Ingrati est, tardè promissum. Et, prima dati gratia, est celeritas solutionis*. Quod quidem in rebus humanis locum habet, sed magis in diuinis seruandam est. Opus enim Dei, ut idem alio in loco docet, *præproperam festinationem exigit: idè discipulus ille, qui citius Petro ad monumentum præcurrit, immodicè commendatur*.

121. Tertio, ad circumstantiam Temporis pertinet, ut res, quæ aliquando fieri debet necessariò, non fiat eo tempore, quo suum non assequetur finem & effectum, sed alio aptiore. Idè non est admonendus peccans dum furit, quia tunc non desisteret, sed magis fureret, & offenderet Deum. Similiter non est corrigendus à te alter, dum te sentis iracundià æstuantem. Vbi ea deferuerit, applica delinquenti medicinam. Hæc cordi debet esse iis, qui tunc primùm alienos antiquos volunt Superiori aperire defectus aliquos, dum ab iis se offensos sentiunt. Suspectus est iste zelus, vindictam non charitatem spirans, idè quæ tunc reprimendus, tanquam non suo tempore se prodens. Hæc est triplex, & facilis intellectu, praxis harum septem circumstantiarum necessarium ad hoc, ut à nobis benè fiant ea, quæ Deo placent. Nam, ut docet cum Theologis S. Dionysius Areopagita, *Bonum causatur ex integrà causa, malum autem in quolibet particulari defectu: vel in fine, vel in obiecto, vel in circumstantià aliquà*. Quod si nil desit, bonum opus erit bonitate morali, hoc est, bonos mores faciente. Quam bonitatem S. Thomas, in actione humanà docet, posse considerari quadruplicem.

Vna quidem est secundum genus, prout scilicet est actio. Si enim actio mala sit, vel inuoluntaria, &

non libera, bona nõ erit, sed mala: uti esset vsurpatio rei alienæ ad dandam elemosinam pauperi, non valde eà indigenti.

Alia verd bonitas, inquit loco citato S. Thomas, est secundum speciem, quæ accipitur secundum obiectum conueniens, hoc est, quæ sumitur ex re, seu materià circa quam versatur nostra actio. Si enim res mala sit, etiam actio ad illam tendens, erit mala: è contrario, bona erit, si versabitur circa rem bonam, bono fine & modo.

Tertia bonitas, à S. Thoma dicitur esse, secundum circumstantias. Has paulò ante explicauim nõ pro scholis, sed pro cubiculis, & cellis studiosorum virtutis, rudi mineruà, sed practicè, præsertim pro captu & vsu Tironum.

Quarta bonitas, à S. Thoma commemorata, est secundum finem, quando aliquid fit ob finem bonum, vel proprium illius actionis, ac intrinsecum (ob quem ex præscripto diuinæ vel humanæ legis, aut rationis naturalis debet fieri) vel ob finem extrinsecum, & secundarium, adscitum voluntate operantis.

Porro loquendo practicè, sine Theologicis reflexionibus, tunc benè facies opera quæ placent Deo; Primò si ita singula opera exteriora facies, quo modo faceres spectante aliquo Superiori, quem vel times, vel cui velles placere ea quæ facis. *Ardentius quippe*, inquit B. Laurentius Iustinianus, *Quisque humano fauore allicitur, cum id quod laudabiliter agit, operatur palam, quam cum peragit in occulto. Rarus profectò reperitur, qui solo testimonio contentus sit diuino. Hoc probatissimum virorum est proprium, qui in luce veritatis introrsus gradientes, Deo tantum placere concupiscunt. Talis Apostolus erat, cuius iam conuersatio in calis habebatur: idè dicebat: Mibi pro minimo est, ut à vobis iudicer, seu ab humano die. Et alibi: gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ*.

Secundò si ita quodlibet opus exterioris perages, uti perageres, si scires aduenturum inopinatè aliquem virum grauem, & oculatum, et si non optimum, immò imperfectum, talem tamen, à quo nolles improbari modum operandi tuum. Quà in re locum habet illud S. Chrysostomi: *Quomodo non est hoc extrema stultitia, hominum mente corruptorum gloriam quarere, cum oporteat ad oculum Dei, qui semper est insomnis, confugere, & ad illius sententiam omnia dicere & facere? Nam isti quidem etiam si laudauerint, nihil nos iuuare poterunt. Ille autem, si ea quæ sunt, fuerint ei accepta, & hic reddet claros & illustres, & in die futuro impertietur bonis ineffabilibus*.

Tertio benè facies opus illud, quod facies eo modo, quo velles perfici ab altero tuæ curæ commissio, præsertim, si à te peteret modum benè illud opus faciendi.

Quarto si opera interna, Deo soli nota, ita facies, quomodo faceres, si certò scires te sub finem eorum sine copià Confessarij, & sine interno dolore, ad delenda peccata sufficienti ac

124.

de comp. & compl. Chr. perf. col. 19.

h. 12. in 17. Coriath.

125.

126.

1.2. Offic. cap. 19.

requisito, moriturus. Non dicamus in corde nostro perbum iniquum, ait S. Ambrosius; quod abscondi putemus silentio, ab eo qui audit in occulto dicta, qui oculis facit & cognoscit secreta viscerum, qui sensum visceribus infundit. Ergo tanquam sub oculis constituti Iudicis, quicquid egerimus in luce positum putemus, ut omnibus manifestetur. Et, ut monet S. Bernardus, In omnibus cogitationibus, locutionibus, sine actibus tuis, dic tibi tantum ageres, si hanc scires pro certo notissimam vitam horam: Ideo inter Regulas, quas sibi in seculati adhuc statu præscripserat servandas B. Clara de monte Falco, una erat: Viuendi eum multâ cautela, & operandi ad eum accuratè, ac si quavis hora foret vocanda; ad reddendam rationem actionum Iudici Christo: ut scribit in eius vita Baptista Pergilius. Sic olim Sancti veteres, inquit B. Laurentius Iustinianus, sanctè omne vitam suam tempus prudentissimè dedicaverunt Domino, ac si essent horis singulis morituri.

for. hon. vit. col. 2.

1. p. vit. cap. 5. de vit. fol. cap. 9.

127.

5. 17. in altatem.

Quintò, si tam exactè facies pro Deo ea, quæ debes, uti mundani homines pro mundo, præfertim opifices, faciunt sua. Scelus est, inquit S. Theodorùs Studita, operarios carnales promptius opificia tractare, (& melius) nos spiritualia studia segnes atque dissolutos adire: illos sudore fluentes à laboribus non abstinere, nos contentions monastica fastidio duci. Sed pro Sacerdotibus, Superioribus, aliisque diu in vita spirituali exercitatis, non laetis esse debet, ut omnia benè peragant, verum ut excellant in benè operando, & sint veluti forma & norma viuendi aliis, & exemplar quod imitari debeant iuniores: quò etiam inuitos quodammodo, & tepidos alliciant ad studia eximiarum virtutum. Tale monitum dedit Christus B. Mariæ Magdalene de Pazzis: Sint omnia opera tua facta cum tantâ mansuetudine, & cum actu seu gestu, ad eum humili, ut representent magnetem, ad trahendas creaturas ad Deum: & cum tantâ prudentiâ, ut sint Regula membrum meum, id est, animabus Religiosis, & tuis proximis.

128.

1. p. vit. c. 10. Kom. edit. c. 85.

Hic est affectus operum eminenti quadam & illustri bonitate lucentium, & Deum etiam in ipso silentio clamose glorificantium. Ideò S. Chrysostomus, ponderans illa verba Psalmi 18. Celi enarrant gloriam Dei: Non emittentes, inquit, vocem celi Deum glorificant, sed alios per aspectum ad id inducentes, & tamen ipsi dicuntur gloriam Dei enarrare. Sic & vitam præferentes admirabilem, licet taceant, Deum glorificent, cum alij propter eos ipsam glorificent: non enim tam ex celo redditur admirabilis, quam ex vita pura. Nam & celo melior homo: & potest eius ornatu splendidiorem animam possidere.

129.

h. 25. ad pop. et al. et d. et d. et d.

Sed præter has conditiones supradictas, scilicet operandi sine peccato, bono fine, & modo, necessaria est adhuc quinta conditio, præsertim Tironibus, immò & prouectis, sed plus æquo quandoque feruentibus, ut aliquando abstineant etiam ab operibus omnino in se bonis, vel à modo certo eorum: & tunc putent se benè operari, idque placere putent Deo, dum ab

illo opere abstineant modo, sed in aliud tempus id reiciant, vel alio modo perficiant, si ita eorum Maioribus, ob spem certam boni maioris, videatur.

Quinta ergo conditio (suprà in sinuata nu. 76.) benè faciendi ea, quæ alioqui naturâ suâ placent Deo, & bono fine suscepta, ac bono modo faciendi videntur; ne fiant sine præuiâ quadam & corde tranquillo suscepta deliberatione, ac maturo iudicio, factò de executione operis, & non nisi iuxta voluntatem & mentem Maiorum.

Præclare hanc conditionem expressit S. Bernardus: Spiritualis homo, omne opus suum triuâ consideratione præueniat: Primò, an liceat: deinde an deceat: Postremò an expediat: Nam est constet in Christianâ vrique Philosophiâ, non decere nisi quod licet, non expedire nisi quod decet & licet, non continuo tamen, omne quod licet, decere aut expedire consequens erit.

Hoc in nobis præstat perfecta virtus prudentiæ, quæ ut ait S. Basilius, in omni actione intercedere debet. Nam prudentiâ remotâ, nihil cuiusvis generis est, quod licet bonum videatur, non in vitium recidat, si aut alieno tempore, aut non adhibita moderatione, fiat. Ratio verd & prudentiâ, vbi rebus bonis idoneum tempus ac modum designant, mirabile est, quantum, ex earum vsu, tum in d. an. tum in accipiendis fructibus redundat. Ideò S. P. N. Ignatius, etsi sciret magni esse apud Deum meriti, confusiones sui publicè pro Deo querere, & pati, easque permitteret quibusdam & laudaret, & sanctas stultitias appellaret, præsertim in Tirocinio quaestitas; & ipse enperet se omnibus ludibrio esse, ut scribit in eius vita Ribadeneira; & si animo indulgere suo voluisset, nudus, despiciatus, & appetus foribus, ut insanus haberetur, per vicus ambulasset; hunc tamen humilitatis affectum reprimebat, consideratione visitationis proximorum & charitatis & suæ personæ: quò ita alius fructuosus inseruiret. Quarendum enim est, ut prudenter monet S. Ambrosius, in omni actu, quid personis, quid temporibus conueniat, atque atati-

bus quid etiam singulorum ingenis sit accommodum. Sæpe enim quod alterum decet, alterum nõ decet. Aliud iuueni aptum, aliud seni, aliud in periculis, aliud in rebus secundis. Saltauit ante arcam Domini David, non saltauit Samuel. Nec ideò ille reprehensus, sed magis ille laudatus. Sicut autem difficillimè tenetur modus, inquit S. Bernardus, in eo quod bonum esse creditur, ita non semper tutus est omnis boni appetitus. Et col. 10. Quicumque bonam voluntatem habuerit, secum habet quicquid ad benè viuendum ei opus est: quamuis bona voluntati non semper credere expediat, sed frangenda est, sed regenda est, maxime in incipiente. Regat sanctæ Obedientiæ regula bonam voluntatem, illa verd corpus. Et col. 23. Ne aliquando aberrat nimia voluntas necesse est, quoddam semper adsit mediante obedientiâ custodiens veritas. Nihil enim in bonum hominis, in Deum proficientis, tam sibi conuenit, quam voluntas & veritas. Eandem ob causam S. Ignatius, etsi non dubi-

130.

1.3. de c. fid. c. 4.

Const. Mon. c. 15.

131.

Or. 1.7. n. 74-77.

1.5. c. 1.

1.1. Offic. cap. 43.

2. Reg. 6.

de vit. fol. col. 9.

132.

dubitarer bonum esse, & quādoque necessariū, sui Ordinis iura & beneficia tueri ac defendere. venit tamen ne nostri homines sese opponerent cuidam Theologotum Parisiensiu Decreto contra Societatem lato, et si illo ipsa Societatis viscera peti viderentur, & viri vrgerent gravissimi, Decreti illius refutationem.

Eadem consideratione motus S. Pater, reprehendit P. Michaellem Ochioam Nauarrum, virē sanctimoniam & exitiis miraculis illustrem (quæ Orlandinus non vno in loco Historiæ Societatis recenset) eod quod acris pro Societate, quamquam iuste, cum Episcopi Tibrurtini Vicario egisset. *Volebat enim, inquit Orlandinus, suos omnes B. Pater, etiam tum cum pro Societate causa staret, non modo aduersus Episcopos, verum etiam erga eorum Vicarios, submisisse modestę se gerere.*

Simili ratione ductus S. Pater, cum audisset Nicolaum Bobadillam Cæsaris nomine ex Germania ablegatum, nec liquidū causam ablegationis cognouisset, veritus ne iustum in repugnando modum Bobadilla transiisset, reuertentem ad Urbem non continuo recipiendum putavit in ades, donec causam ablegationis intelligeret. Ita tamen hac in re S. Pater processit, vt nec Pontificis (pro quorum causa Cæsarianos Bobadilla offenderat) nec Cæsarianis (a quibus erat ablegatus) vlla preberetur ad reprehendum ansa, nec ceteris de Societate Operariis vsquam locorum ad res gerendas aditus redderetur angustior.

Cum ingens conqueuisset persecutio contra Societatem ab Archiepiscopo Toletano excitata, B. Ignatius literas Officij plenae ad Archiepiscopum dedit, partim studium religionis excusans in eo quod iam fecisset partim factum eius nouissimum in beneficij parte numerans: & vt eum arctiore vinculo colligaret, duo illi detulit sanę grata: alterum, ne quem imperum Societas eo iniusto reciperet, alterum ne eodem non approbante, maximeq; consentente, suis Priuilegijs, atque immunitatibus vteretur. Atque hac per literas Villanoue Reclori Collegij Complutensis mandauit, curā vt omni studioq; prestaret. Aiebat enim Priuilegiolorum præsidia tum demum in animorum causa perutiliter adhiberi, cum ad eos ita inuandos voluntas proximi Pastoris accederet: cumq; eā de causa ab Apostolicā Sede Priuilegia tribuantur, vt eo facilius animis consulatur, nisi ex eorum vsu ad animos deriuetur vitia, immo potius retardetur, quod Pastores non consentiant, satis esse ea omnino non adhibere, quā contra eorum nutum adhibendis, suā spe ac labore frustrari.

Cum Romæ apud Argentarios, Urbis loco percelebri, Palmus & Ribadeneira singulis hebdomadis, suo quisque die conciones haberent ipsa in viā, plurimūsq; confluere & honestissimus auditor. & fructus extaret ingens ac multiplex, viductu maleuolorum (qui nunquam desunt vitiorum insectatoribus) Vrbanorum Praefectus satellitum cum suorum armatā manu interuenit, ac protinus magna voce pro imperio tacere ac descendere Palmium iuber: qui cum statim obsequi vel-

let, obseruandam dicens in Administvo publicam potestatem, ecce in concione tumultus, cursariq; & corripere arma, nec vox Concionatoris demulcentis audiri. Denique satellites coacti sibi fugā consulere, eodemq; die Praefectus, qui veniam sibi ab Ignatio exoraret, sub vesperam misit, excusans, si quid per eam concionis frequentiam turbaretur, veritum se ne sibi id fraudis esset. Accepta Ignatius satisfactione, postero die Palmium eodem redire, ac purgare inter concionem Praefectum iussit. Nec postea amplius permisit reuerti, vir modestissimus, & cui lucra animarum ea placerent, quae quantum fieri posset, nullius in offensionem incurrerent.

Quamuis autem summopere cordi esset Ignatio omnium animas Christo lucrari, suos tamen monebat, ne vsquam Parochorum iniussu quidquam aggredierentur. Et cum Cameracensis Praefectus nullā prorsus oblatā à Patribus causa, Societatis homines totā suā diocesi prædicatione Diuini verbi, & sacrorum administratione prohibuisset, Ignatius nihil difficultatibus his commotus, & interpretans exordiorum moras in successus felicioris iudicium, satis habuit commendatitias à Cardinale Carpeni literas mitti ad Apostolicum Nuncium. Interimq; suos (vix semper in eiusmodi causis solebat) admonuit, quā modestissime sese gererēt, ne quid asperius in Episcopū, vnde magis irritaretur, efficerent, neque sua iura contra eius edicta per Apostolicas literas, quod eis proliud erat, prolata defenderent. Nostri verò ex Ignatij præscripto, submissione & mansuetudine vtendum rati, se tenere Tornaci, nec in Cameracensem diocesim egressi sunt. Præterea magnā fiduciam si quem Sociorum seruo ad opus incitaret ab Societatis vsu abhorrens, solebat hominem consolari, & coercere, affirmans, eius rei nequaquam ex nobis à Deo rationem esse reposcendam.

In suscipiendis diuini seruitij causis, circumspicientem requirebat maximam, solebatq; dicere, in Societate hominum genera duo esse, vnum eorum qui extruerent solidū, alterum eorum, qui simul inter extruendum destruerent. Primum genus sibi probari, & hos esse, qui studio ac zelo vterentur considerato, prouidentes, ne quam damni causam non modo re, sed ne specie quidem darent, ne iij offenderentur, qui si aduersarij fierent, possent nostrum in diuino obsequio & salutis publicæ studio impedire cursum: atque ideo quædam, quæ recte quidem fierent, omittenda censebat, non damni priuati formidine, sed operum respectu potiorum: quia sæpenumerò, dum parum caute quid attentatur, nec illud efficitur, & mora alijs multis obicitur. Quod dixi de exterioribus operibus, idem de internis bonis bonarum rerum desiderijs sentiendum est, ea quoque, etsi omni ex parte nobis bona esse videantur, non tamen exequenda sunt sine illā triplici consideratione præmissa à S. Bernardo superià commendatā, & sine Superiorum approbatione, non extortā. Ideo sanctissimus & prudentissimus noster P. S. Ignatius inter alia præclara documenta, hoc quoque nostris hominibus reliquit teste Ribadeneira: Neque petere, neque rogare, multò minus flagitare de-

137.

Orl. l. 14. p. 49. 50.

Orl. l. 16. num. 116.

138.

Orl. l. 6. num. 121.

139.

num. 130.

l. 5. c. 4. deo.

beo. vt me aliquò mittat. vt in hoc potius, vel in illo munere exerceat, sed cogitationes meas sine desideria simpliciter exponere, adq. illius pedes abicere: vt ille constituat atque imperet. ego quod ab illo constitutum fuerit atque imperatum, id optimum patem. In rebus tamen leuibz ac bonis, facultas peti potest, vt ad Stationes obeundas, ad spirituales gratias (id est Indulgentias petendas, & his similia) dum eo tamen animo sis, vt quod concessum negatumq. sit, id optimum credas.

Rib. l. 2. cap. 4.

Quo tempore Societate nondum constituta, spes omnis Hierosolymam nauigandi nostris Patribz (quod se facturos Parisius manentes vouerant) erepta est, Patet Iacobus Laines Ignatio dixit, habere in votis se Indiam ad salutem filuestrium illorum hominum atque efferatorum proficisci. Cui Ignatius, aut ego, inquit, nequaquam causam rogatus, nimirum quia cum obedientia voto sinis obstricti, summoq. Pontifici integros nos ad eius voluntatem obtulerimus, vt quocunq. terrarum velit, suo nos arbitrio mittat, indifferentes esse debemus ac medij, & in neutram potius partem pendere. Immo verò si in hoc desiderium tuum teneret, in contrariam partem flectere conarer animum, vt in eà aequilibrate tandem, statuz, consisterem, qui ad obtinendam perfectam obedientiam est necessarius.

Hac S. Patris monita & exempla adferre in medium volui, tanquam viri non minùs prudentissimi quam sanctissimi, vt ex his agnoscat eius nomini addicti, etiam opera bona in se vndeque, non eo quòd plenè & integrè in se bona sint, esse semper & vbique facienda, sed alia quoque præter bonum finem, & obiectum & circumstantias omnes (quæ alioqui locum haberent alibi, & alio tempore) esse attendenda, quæ non ita nota sunt ei, qui bonum opus aliquod facturus est, sunt autem meliùs perspecta eius Moderatori vel Superiori.

140.

Vltimum ergo complementum, quo ad executionem boni operis, esse debet extrinseca approbatio eius, qui nobis præest, & qui nobis datus est, diuinæ voluntatis Interpreter: Vti erat Nathan apud Davidem Regem; qui etsi pio desiderio & omni ex parte bono teneretur, adificandi Deo templum, noluit tamen Deus id ab eo fieri: sicut nec ab Abrahamo filium re ipsa immolari, etsi id ei antea, probandi eius causa, ipse Deus diserte præscripsisset. Vltimum ergo examen & norma exequendi operis sit Superior; hunc enim audiendo (in rebus non contentibus manifestum peccatum) Deum audimus, Deo huius doctrinæ Magistro Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Alioquin opera nostra, quæ nobis videntur bona & sancta, & necessario exequenda, si contra voluntatem Dei Vicariorum, eius voluntatis Interpretum, fient, non placebunt Deo, quia bona non erunt, eò quòd non fient iuxta voluntatem Dei, nos volenti parere voluntati & directioni Vicariorum suorum Superiorum & Moderatorum nostrorum.

141.

Quocirca meritò S. Basilius ait: Qui voluntatem

Dei facit, sed non ita vt eius voluntas fert (subdens nos directioni Superiorum & Moderatorum nostrorum) huius studium & operam Deus inutillem ducit, nihilque facit. Neque hoc monitum est tantum SS. hominum, sed etiam ipsius Dei, datum per Beatissimam Virginem Mariam Sanctam Brigittæ: Multi sunt flores arboris, non tamen omnes veniunt ad effectum: sic multi sunt virtuosa opera, non tamen omnia merentur mercedem calestem, nisi discretè fiant. Discretio autem non à subditis pendet, sed ab iis qui præfunt, vti & prudentia, cuius anima est discretio. Ideò dicebat S. P. N. Ignatius, Prudentiam (discretiuam boni & mali) non tam esse parentis, quam imperantis. Et S. Bernardus ait, lignum scientie boni & mali in paradiso, censuram sollicitudinis esse in conuersatione religiosa penes Patrem Spiritualem, qui diiudicat omnia, ipse verò à nemine iudicatur. Ipsius est discernere, aliorum verò obedire. Hoc quoque docuit ingeniosè S. Ioannes Climacus, dum scripsit: Obedientia est discretiois (scilicet in subdito) depositio: inter diuitias discretiois (scilicet eius quam Deus communicat Vicariis suis, nostris Moderatoribus) Ab iis ergo bonitas operum nostrorum examinanda est & dirigenda.

Idque ad perfectionem obedientiæ requiritur, vt etiam à bonis superfedeamus vel celsamus quandoque. Sciendum, inquit S. Gregorius Papa, quòd nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem, debet per obedientiam bonum quòd agitur, intermitteri. Neque enim mala in Paradiso arbor exiit, quam Deus homini ne contingeret et inter dixit. Sed vt per melius obedientiæ meritum, homo bene conditus cresceret, dignum fuerat, vt hunc & à bono prohiberet, quatenus tandem verius hoc quòd ageret, virtus esset, quando & à bono cessans, animo suo se subditum humiliter exhiberet. Quamquam non omnia quæ videntur nobis bona, sunt verè bona.

Habenda est igitur, vt monet S. Bonaventura in agenda obedientiæ sanctæ auctoritas, sine qua nec etiam ipsa bona sunt bona. Voluntas siquidem propria, boni virtutem infirmat.

S. Bernardus super Cantica ait: Grande malum propria voluntas, quæ sit, vt bona tua bona non sint. Quocirca benè monuit Thomas de Kempis: Non omnis affectio, que videtur bona, statim est sequenda: sed neque omnis contraria affectio ad primum fugienda. Expedi interdum refrenatione vti, etiam in bonis studiis & desideriis, ne per importunitatem, mentis distractionem incurras: ne alius per indiscipline, scandalum generes: vel etiam per resententiam aliorum, subitò turbes & corruas. Ideò meritò S. Antonius Abbas, postquam discessisset cum Senioribus de excellentiâ virtutum, & altero hanc, altero aliam virtutem nominantibus, cuius beneficio possit homo diaboli euadere laqueos illatus, & ad perfectionis culmen peruenire, discretiois virtutem cunctis anteulat, ob cuius defectum, opera virtutum exuberantia vsque ad finem durare non possunt. Et tandem

1. Par. 17. 4.

Gen. 22. 2. 12.

Orat. 3. de pecca. 147. 1. 4. Reu. cap. 26.

145. Rib. l. 5. cap. 4. 1. de vit. sollicit.

gt. 4.

1. 17. mot. cap. 13.

S. pec. disc. Pat. 1. c. 4.

lib. 3. de imit. cit. num. 4.

lib. 1. de virtut. num. 4.

dem subdidit: Non alia lapsus aliorum causa deprehenditur, nisi quod minus à Senioribus instituti, nequaquam potuerunt rationem discretionis adipisci. quae praeferens utramque nimietatem, via regia docet Monachum semper incidere, & nec dextera virtutum permittit extolli id est feruoris excessu continentia iusta modum inepta presumptione transcendere, nec oblectatum remissione deflectere ad vitia, sinistra concedit.

Huc spectant eadem de re monita à S. Ambrosio data: Tria in actione vitae spectanda cernimus, vnum, vt appetitus rationi non reluctetur. Hoc enim solum modo possunt officia nostra illi decore conuenire. Si enim appetitus rationi obediat, facile id quod deceat in omnibus affectus conseruari potest. Deinde ne maiore studio quam res ipsa est qua suscipitur, vel minore, aut paruum magno ambitu suscepisse, aut magnam inferiorum operumq; nostrorum, de ordine quoque rerum, & de opportunitate temporum, non distimulandum putat. Sed primum illud, quasi fundamentum est omnium, vt appetitus rationi pareat: secundum & tertium idem est hoc est, in vtroque moderatio.

Et c. 26. monet Ne quid contra naturam, ne quid turpe atque indecorum sentiamus, duo haec id est, & tempus, & diligentiam, ad considerationem rerum examinandi gratia conferre debemus. Et c. 45. Non maiore est rebus singulis modum seruare, atque impartiri ordinem, in quo verè praeiucit illud quod decorum dicitur, quod ita cum honesto iungitur, vt separari non queat: siquidem & quod decet honestum est, & quod honestum est decet. Honestas velut bona valetudo est, & quaedam salubritas corporis: decus autem, tanquam venustas & pulchritudo. Sicut ergo pulchritudo super salubritatem ac valetudinem videtur excellere, & tamen sine his esse non potest, neque vilo separari modo quonia nisi bona valetudo sit, pulchritudo esse ac venustas non potest: si honestas decorum illud in se continet, vt ab ea profectum videatur, & sine ea esse non possit, & in radice est honestatis, sed flore praecipuo, vt sine ea decidat, in ea floreat.

Idem Sponsa comemorans beneficium Sponsae ait: Ordinauit in me charitatem. Quod ponderans S. Bernardus, Omnino, inquit, necessariè importabilis siquidem absque scientia est zelus. Vbi ergo vehemens amulatio, ibi maximè discretio est necessaria, quae est ordinatio charitatis. Semper quidem zelus absque scientia, minus efficax minusque vitilis inuenitur, plerumque autem & perniciosus valde sentitur. Quò igitur zelus feruidior, ac vehementior Spiritus, profusiorq; charitas, eò vigilantiori opus scientia est, quae zelum supprimat spiritum temperet, ordinet charitatem &c. Discretio quippe omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit & decorem, etiam & perpetuitatem &c. Est ergo discretio non tam virtus, quam quaedam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrix affectuum & morum ductrix. Tolle hanc, & virtus vitium erit: ipsaq; affectio naturalis in perturbationem magna conuertetur, exterminiumq; natura. Et ita B. Laurentius Iustinianus, duo ait esse necessaria, vt placeamus Deo, scientiam & conscientiam. Con-

scientiam optimè erudit scientia, quam ne praecipitet, & à veritatis tramite deueit, conscientia dirigit.

Quocirca, vt ea quae facimus placeant Deo, non tantum honesta sint, sed etiam decorum habeant, & discretè fiant. Quod esse non potest, nisi ratio habeatur aetatis, temporis, personarum, & rerum aliarum supra explicatarum.

Postquam autem opera facienda modis supra dictis examinauerimus, tunc exequenda sunt eo modo, quem praescripsit S. Ambrosius: *Filius, ante factum cogitate, & cum diutius cogitaueris, tunc facite quod probatis.*

Sed si Maiorum voluntas accesserit, vt etiam inchoata bona intermittantur, obediendum est. Haec enim est Dei voluntas, nos per Superiores nostros regentis. Quà in re excelluit noster P. Balchazar Aluarez, qui in Superiorum iussis occultam quandam Dei manum aduertebat, mouentem ac dirigentem eius negotia & actiones per ipsam obedientiam: & hoc illum quietum reddebat valde ac pacatum, quicquid sibi tandem ex ea eueniret. Ad quam rem habebat aliqua sensa ac sententias admirandas. Deo Domino nostro dicebat: nulla Domine, nulla alià via adeo possum esse tuus, atque cum desino esse meus. Iuramento obstrinxit se ipse Dominus, quòd faceret crescere eum, qui ipserit in obediendo fidelis. Nam de

Obediencia Abraham dicitur: Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi, idè iureiurando secit illum Dominus crescere in plebem suam. Quid nobis nocebit, si obedientia intuitu ea relinquamus, quae nos delectant, & aggrediamur quae nos cruciant & vexant, nisi quòd meritum nostrum augebit & obedientia est crux perpetua, gladius propriarum oblectationum, vena vita fons aureus. Non est autem exiguum bonum aut malum censendum, quòd rectè attingamus id quòd praescribit obedientia, aut ab eo declinemus. Est enim materia quae semper in manibus versatur. Quemadmodum enim Moyses erat: Pharaonis Deus ita superior est Deus obedientis, dicentis: *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim obedientia dulcissima mihi est, & iucundissima.*

Sed quando deest directio Superiorum, optimo modo fient à nobis ea quae placent Deo, si prudentes & bonum commune amantes viros audiamus, eorumque pareamus consiliis. Enituit hoc in S. Paulo Apostolo, qui, vt ait S. Chrysostomus, *etsi ne vnum quidem diem in otio passus est & quiete transire, & in praedicandi ardore ipso igne esset vehementior, & lucra spiritualia vndique colligeret, & in locum, qui esset belli pars maxima, & laborum periculorumq; plena, fidenter iussit, essetque audax ac velut ad pugnam semper accensus, ignem quandam bellicum spiraret; ita rursus placabilem ac flexibilem se praebat Magistris vt nunquam in eo vel in tanto illo impetu alacritatis offenderet. Itaque seruenti tunc, vel potius furenti, cum praeceperunt vt iret Tarsum atque Caesaream, nec tamen renuit. Dixerunt, quia eum per murum deponi oportet, & passus est. Dederunt consilium, vt caput raderet, non resistit: suasuerunt ne in theatrum ingrederetur, & celsit.*

1. Offic. cap. 30.

Vit. c. 5. pag. 66.

Eccli. 44. 10.

Exod. 7. 1.

hom. 7. de laudi. Pauli.

Hic

Ser. 49. in
Cant.

Hic bene operandi Deo placencia, modus est. Alioquin, ut ait S. Bernardus, *Quod pro inuinculo proponitur, Dei iudicio posthabetur; & quod veritas iudicat proponendum, id charius amplectendum, ordo postulat charitatis.*

144.

Quoad secundam partem explicationis secundi F. initio Capitis Tertij propositam; quæ nimirum sint illa, quæ placent Deo, & bene faciendi sunt. *Respondeo hæc esse:*

I. Præcepta Dei in Sacra Scripturâ relicta.

II. Præcepta Ecclesiæ in Conciliis, & Summorum Pontificum decretis ac sacris Canonibus expressa.

III. Præcepta particularia Episcoporum legitime lata, promulgata, & recepta in eorum Episcopatus.

IV. Pro Regularibus, etiam præcepta Ordinis eorum.

V. Statuta, Leges, Ordinationes, & Regulæ Regularium, vel Sacerdotum, ac Laicorum omnibus communes eiusdem conditionis.

VI. Ordinationes Particulares illius Prouinciæ vel loci, in quo quis habitat, propriae illius loci.

VII. Consuetudines non scriptæ communes vbique toti illi Ordini vel Communitati.

1.5. de be-
nef. c. 21.

VIII. Consuetudines non scriptæ propriæ illius loci. *Multa legem non habent, inquit Seneca, nec actionem, ad quæ consuetudo vita humana, lege omni valentior, dat aditum.*

IX. Ordinationes Superiorum non perpetuæ, sed ad tempus, viâ eorum voce, vel scripto, Subditis traditæ.

X. Regulæ seu Ordinationes propriæ ac peculiare sui officij, vel status.

XI. Vota communia omnibus Regularibus & Sacerdotibus.

XII. Vota propria tui Ordinis.

XIII. Vota personalia propria vniuscuiusque, si quæ aliquis habet præter communia aliis.

XIV. Bona proposita antiqua, pridem stabilita, circa fugam vel extirpationem vitiorum ac defectuum, & circa exercitium ac acquisitionem & perfectionem virtutum.

XV. Nouæ bonæ inspirationes, conformes sanæ doctrinæ & Spiritui tui Ordinis & status, ac menti tuorum Moderatorum, ad aliquod opus supererogationis nouum te excitantes.

XVI. Ea quæ alicui licite promisisti te facturum, & quæ modis debitis ac honestis exequi potes, pro alicuius auxilio vel solatio, iuxta tuorum Superiorum expressam, vel saltem prudenter vel rationabiliter præsumptam voluntatem.

Hæc omnia bene modis supradictis facienda sunt ei, qui iuxta præscriptum secundi F. vult benefacere omnia quæ placent Deo. Hoc enim modo, suam componendo vitam, & actionibus internis ornando, valde exultat Deum. *Qui ma-*

gnâ, inquit S. Basilius, & quæ Deum nihil dedecent, intellectu & cogitatione apprehendunt, & vitam omnem ad vnius Dei gloriam componunt. et si humilem in terris sortiti sint locum, eum qui habitat in altissimis exultant. Talibus, iudicio S. Basiliij, conuenit illud Psalmi: *Semper laus eius in ore meo.* Videtur, inquit S. Basilius, rem impossibilem polliceri Propheta: *quomodo enim semper laus Dei in ore hominis potest esse?* in Psal. 31. col. 2. & 3.

146.

quomodo enim semper laus Dei in ore hominis potest esse? in Psal. 31. col. 2. & 3.

147.

Sanè cogitatio, quæ de Deo est semel impressa, & velut sigillo obfirmata in præcipuâ animæ parte, nimirum in mente, potest laus Dei rectè appellari; semper in animâ existens. Potest item, iuxta Apostolicam adhortationem, vir quiuis bonarum artium studiosus, cuncta facere ad Dei gloriam, ita, ut facta dictaq, ipsius omnia, omnisque spirituali operatio, vim laudis habeant. Sive enim bibat iustus, sive edat, omnia ad Dei gloriam facit. Talis etiam cum dormit, cor vigilat, iuxta verbum dicentis in Cantico Cantico: *Ego dormio, & cor meum vigilat. Quasi enim terror quidam soni semel editi ac diutius auribus insonantis, sunt illa, quæ per somnum venerunt imagines conceptæ inter diu cogitationis.*

Hoc item nos Dominus adhortatur, dilatatum habere oportere, ad luculentam & copiosam ciborum veritatis susceptionem. Dilata, inquit, os tuum, & implebo illud.

Sanè cogitatio, quæ de Deo est semel impressa, & velut sigillo obfirmata in præcipuâ animæ parte, nimirum in mente, potest laus Dei rectè appellari; semper in animâ existens. Potest item, iuxta Apostolicam adhortationem, vir quiuis bonarum artium studiosus, cuncta facere ad Dei gloriam, ita, ut facta dictaq, ipsius omnia, omnisque spirituali operatio, vim laudis habeant. Sive enim bibat iustus, sive edat, omnia ad Dei gloriam facit. Talis etiam cum dormit, cor vigilat, iuxta verbum dicentis in Cantico Cantico: *Ego dormio, & cor meum vigilat. Quasi enim terror quidam soni semel editi ac diutius auribus insonantis, sunt illa, quæ per somnum venerunt imagines conceptæ inter diu cogitationis.*

Ad hunc modum faciendi bene omnia quæ placent Deo, adiungendus est modus, bona opera ordinaria faciendi eo modo, quo debent fieri iuxta probatam consuetudinem, quando modus ea faciendi non est præscriptus ab vllâ lege Diuinâ & humanâ. Quod potissimum locum habet in Religiosis Ordinibus. Exempli gratia: Sic portandum est pallium, dum foras prodit aliquis, prout portatur ab his in illo Ordine Religiosis, qui sunt vitæ sanctioris, & tenaces antiquarum consuetudinum Religionis. Si genua flectenda coram SS. Sacramento, prout mos est in illâ Religione: sic barba alenda vel non alenda, prout in Fundatoris imaginibus antiquis apparet: sic cingulo stringenda vestis, prout stringitur in toto communiter Ordine: tales faciendæ vestes & superiores & inferiores, ut vsus communis habet, tam quoad materiam, quàm quoad formam, & sic alia quoque faciendæ sunt, iuxta receptam & vsitatam à melioribus & sanctioribus consuetudinem.

Porro executio huius Secundi F. talis qualè descripsimus, præter alias utilitates meritum, coronarum cælestium, & aliorum donorum, quæ Deus largitur sic operantibus, est etiam hoc, quod, dicebat cum magno verborum pondere Noster P. Bal-

45.
P. Balchazar Alvarez notat sanctitatis vir, Excel-
sum & compendiosum omnium nostrarum necessita-
rum remedium esse, diligere Deum, & procurare dili-
genter, illi placere. Nam sic posse nos illi fidere: aded enim
ipse iustos diligit, vt nolit esse sollicitos, aut curam ha-
bere de suis commoditatibus, sed vt totam suam curam
in eum coniciant, quam ipsemet Dominus illorum
gerit: & propterea illis dixit: Querite primum Regnum
Dei: & haec omnia adiciuntur vobis. Si quem haberetis
amicum aded vobis addidit, vt in vestri gratiam ve-
stret holofero vestros famulos, eisque splendida exhibi-
bit conuiuia, aliquod ne dubium posset vobis superesse,
an velle ille tantundem vobis prestare, si indigeretis?
non cense. At hoc est, quod dixit Christus Dominus nos-
ter: si Pater vester celestis lilia agri: aut pulchritu-
dine vestit, vt nec Salomon in omni gloria sua sic fue-
rit cooperatus; & si auiculae ipse alit in obsequium ho-
minum; an dubitare licebit, idem ipsum presturum vo-
bis, quando eo indigebitis: o modice fidei homines! ista
enim animi vestri defectio infidelium potius est pro-
pria, quam Christianorum. Scit enim Pater vester ce-
lestis, quia his omnibus indigetis.

CAPVT QVINTVM.

De Tertio F.

150. **T**ertium F. est, ferre aequo animo cuncta
quae displicent amori proprio. Quod vt in-
telligatur, duo explicanda sunt:

Primum, quoniam sunt illa quae displicent a-
mori proprio?

Alterum, Quid sit, ea ferre aequo animo?

Quoad primum, tres sunt veluti classes rerum
quae displicent amori proprio, & aequo animo
ferendae sunt:

151. **P**rima classis est, Rerum nostro corpori imme-
diatè molestarum, per quod deinde etiam ani-
mam affligunt. Talia sunt, morbi, dolores in ali-
qua parte corporis, insomnia seu vigiliae, aeris
inclementia, in aestu nimio, vel frigore, vel plu-
uiis, vel niuibus, vel grandine, vel ventis asperis,
& molestis, fames, sitis, fatigatio, languor quidam
& debilitas corporis, sine morbo & dolore, aut
praenuntia aut reliquia morbi: morsus muscarum,
culicium, cimicium, pulicium, larratus canum noctur-
nus, incommoditates variae & defectus carni in-
tucidi, in cibo, potu, vestitu, lecto, domicilio, cu-
biculo, seu cella, medicinis, obsequiis aliorum, quae
nobis videntur deberi, & si desint, aegre feruntur.
Neglectae visitationes nostri dum aegrotamus:
labores assidui sine leuamine, vt nobis videtur,
indebitè non suppeditato: inaequalitas in distri-
buendis vel concedendis rebus & commoditati-
bus (vt putamus) non minùs nobis, imò magis
quam aliis, necessariis & debitis: Aliorum mo-
res inurbani, rustici, complexio nostrae comple-
xioni contraria, & nobis displicens: Damna re-
rum temporalium: Ariditates, tentationes, tæ-
dia, scrupuli; rigor Superiorum & asperitas eo-

rum, ac mali mores, quibuscum agimus vel qui-
bus praesumus.

Secunda classis est, illarum rerum quae imme-
diatè mentem nostram afficiunt, circa ea quae
proprie nos ipsos concernunt, & sunt duplicis
generis: Quaedam (vt loquar scholasticè) sunt
positiuae, quaedam negatiuae.

Positivae sunt, sinistrae de nobis aliorum iudicia
& opiniones, hoc est, tales quales nollet noster
amor proprius in aliorum animis residere; De
nostris natalibus, patria, de nostro ingenio, iu-
dicio, doctrinâ, eruditione, prudentiâ, aptitudi-
ne ad docendum, concionandum, gubernandum,
conuersandum cum omnibus, etiam Magnati-
bus & Proceribus, ad audiendas cum fructu
animarum confessiones, ad dirigendas bene &
vtiliter in Spiritu animas ad nos recurrentes, ad
negotia etiam ardua feliciter expedienda. Item
iudicia sinistrae de nostrâ virtute, de nostro spi-
ritu, tanquam malo & extrauagante, aut pere-
grino, & illusionibus daemones sedato, aut ob-
noxio, & non imitando, imò fugiendo. Item ac-
cusationes nostri iustae & verae, & altae non vere
sed temerariae & calumniosae, & apertam ma-
levolentiam signis declaratam praefereutes,
praesertim eae, quae subtili & doloso artificio pro-
positae sunt nostris Maioribus, tanquam verissi-
mae, & dignae, quas subsequatur nostri efficax
& aspera correctio, emendatio, & punitio. Item
priuatae & publicae detractiones, irrisiones,
contumeliae, conuicia, susurriones, contem-
ptus exterius declaratus. Item ex his rebus or-
ta nostri infamia, vituperatio à Maioribus &
nostris Moderatoribus profecta, & reprehensio
tam priuata quam publica, & punitio nos-
tri; praesertim amotio ab officio aliquo specio-
so facta à nostris Superioribus, in poenam nos-
trae ineptitudinis ad illud officium & occupa-
tionem (vt sunt studia Scholastica) vel grauis
alicuius nostri defectus siue veri siue putati.
Item mali successus in nostris occupationibus,
& officiis, nimirum in concionando, in disputa-
tando, in litigando, alloquendo viros prima-
rios, in studendo &c.

Negatiuae res, quae nostram mentem affligunt,
& amori nostro proprio displicent, sunt haec, &
his similes: si non mittamur ad loca celebria, ad
domicilia commoda, ad cubicula quae opta-
mus, si non applicemur ad studia quae pla-
cent, ad scholas quas desideramus, si non mit-
tamur concionaturi ad Cathedras celebres: si
ad gradus litterarios non promoueamur: si
gubernandis aliis non praeficiamur: si dene-
gentur nobis officia speciosa, & gradus in
nostro Ordine vel statu, ceteris praestantio-
res, vt sunt Professio & huic similia: si decli-
nent nostram conuersationem alij: si à nostris
Maioribus non adhibeamur ad danda con-
silia: si dum transimus, aut aliquid accedimus,
non exhibeantur nobis signa illius honoris ac

T reue-

114. tribulationes. Qui tales sunt, altioris sunt ordinis
 & status, & supra naturam, iudicio S. Bernardi.
 Numquid non supra naturam Beatus Andreas Aposto-
 lus transierat, qui dicebat: o bona crux, diu desiderata,
 & iam concupiscenti animo preparata, securus &
 gaudens venio ad te. Altera hominis est ista vox, &
 quidem bonis natura ad bona gratia surrexerat, ut
 non solum gloriaretur in spe, sed & in tribulationibus.
 Non modo enim patienter, sed & libenter, verum &
 ardentem ad tormenta, sicut ad ornamenta; ad penas si-
 cut ad delicias, properat.

Primus modus, inquit B. Laurentius Iustinia-
 nus, Tironum est & incipientium, qui in via
 purgatiua peccata desendo versantur; & in hoc
 situs est, ne dum aliquid molesti accidit, offen-
 dant Deum vel proximum aliqua impatientia,
 vel alio inordinato affectu, aut verbo, aut facto,
 signo, sed patienter, et si penaliter, ferant.

Secundus modus, est Proficientium, inquit idem
 Sanctus eodem in loco, ut aduersa & displicentia
 proprio amori, dum eos inuadunt, libenter
 acceptent, illo sensu quo dicebat Dauid: Bonum
 mihi, Domine, quia humiliasti me.

Tertius modus est Perfectionem vite spiri-
 tualis assequentium. Omnia aduersa ferre cu gaudio
 & exultatione, seu, ut ibidem loquitur B.
 Laurentius Iustinianus, gaudenter, vel ut alibi ait;
 cum gaudio & mentis exultatione, & gratiaru actio-
 ne, & imperturbabiliter; eo modo quo Apostoli fe-
 rebant persecutiones ob Christi fidem illatas,
 ut scriptum est in eorum Actis: Ibant gaudentes a
 conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt, pro no-
 mine Iesu contumeliam pati, quomodo etiam Paulus
 gaudebat: Gaudeo in passionibus pro vobis. Et Petrus
 ad tale gaudium excitans alios scripsit: Com-
 municantes Christi passionibus gaudete. Quandoqui-
 dem, ut scribit S. Chrysostr. istud quoque amplissimum
 premij instar est, pro veritate incommodo affici. Hoc ip-
 sum per se (non tantum regnum caelorum) am-
 plissimum honor, & corona, & premium est, voluptatis
 perpetua materia. Ac propterea Christus etiam eos gau-
 dere & exultare iubet: qui cum ea, qua adhiberi potest,
 patientia, hoc certamine funguntur. Gaudete, inquit, &
 exultate, cum dixerint omne malum aduersum vos, men-
 tionent propter me: quoniam merces vestra copiosa est in
 caelis.

116. Porro loquendo in genere de modis ferendi
 aequo animo ea quae displicent amori proprio,
 existimo quatuor requiri: Quaedam erga perso-
 nas, a quibus pronentunt ea quae nostro amori
 proprio displicent; alia erga res displicentes, alia
 erga Deum eas immittentem vel permittentem;
 denique erga nos, qui aliquid patimur displi-
 cens nostro amori proprio.

117. Erga Personas quae nobis sunt causa vel
 occasio percipiendi aliquid molesti, amori pro-
 prio displicens, Tria seruanda sunt praecipue,
 omittis aliis punctis subtilioribus, quae fuse ex-
 plicauimus in Opusculo de modis ferendae Crucis
 Christi, & infra adferam cap. 7.

Primò, conseruandus est animus liber ab om-
 ni affectu inordinato erga tales personas, &
 corpus ab omni verbo, actu, & signo prodente
 affectum inordinatum vel irae, vel odij, vel vin-
 dictae & c. quin potius retinendum est cor intra
 limites mansuetudinis. Si habitas cum proximo, in-
 quit Abbas Agathon, esto sicut columna lapidea, quae
 si iniuriatur, non irascitur. Ingens enim animus, inquit
 Seneca, & verus estimator sui, non vindicat iniuriam,
 quia non sentit ut tela a duro resiliunt cum dolore ca-
 dentis; ita nulla magnum animu iniuria ad sensum sui
 adducit, fragilior eo quod perit. Quamò pulchrius, velut
 nulli penetrabilem telo, omnes iniurias contumeliae
 respuere: Vltio doloris confessio est. Non est magnus ani-
 mus, quem eneruat iniuria. Aut potentior te, aut imbeci-
 llior levis: si imbecillior, parce illi: si potentior, tibi. At
 quomodo leuis, inquit, ferre potero? Ait S. Chrysostr.
 Atqui Christus aliquid, & hoc amplius praecepit: Non
 enim tantummodo leuis aequo animo ferre mandauit,
 verum & aliquid ladenti supererogare, per promptitu-
 dinem, patiens, malefacientis superare libidinem. Non
 enim dicit: Volenti tecum contendere iudicio, & tunicam
 tollere, dimitte tunicam, sed insuper & pallium trade:
 vincis enim, ait, malè patiendo, non malefaciendo. Hac
 est namque praclara nobiliss, victoria. Huc spectat
 monitum Thomae de Kempis: Ne dicas, non valeo haec
 ab homine tali pati: nec huiusmodi patienda sunt, gra-
 ue enim intulit damnum, & improprium mihi, quod
 nunquam cogitaueram: sed ab alio libenter patiar, &
 sicut patienda video. Inspiciens est talis cogitatio, quae
 virtutem patientiae non considerat, nec a quo coronanda
 est, sed magis personas, & offensas sibi illatas perpendit.

Secundò, diligendae sunt sincero metis affectu
 illae personae, quae fuerunt causa, vel occasio ali-
 cuius rei displicentis tuo amori proprio, siue ille
 sint amici, siue inimici. Nam & inimicos iubet
 Christus Dominus diligere Matth. 5. 44. quomodo
 magis eos, qui non sunt inimici, & sunt causa vel
 occasio rerum nobis molestiarum: Hac sit perfecta
 & propria bonitas nostra, non communis, inquit Tertull.
 amicos enim diligere, omnium est, inimicos autem, so-
 lorum Christianorum. Gloriosum est hoc genus
 vindictae. Quia, ut scribit S. Paulin. Vix iniuria
 reddere, humana vltio est; at inimicum diligere, vindi-
 ctæ celestis est.

Quocirca meritò id commendans ait S. Chry-
 sostr. Diligere inimicos, beneficis prosequi, & quid dico
 prosequi beneficiorum, nempè pro illis. Dominumque
 deprecari, & de habenda eorum ratione supplicare,
 hoc nobis omnibus maxime in illa tremenda proderit
 die, nostrorumque peccatorum maxima erit consumptio,
 si nos in inimicos nostros ita disponamus. Et ibidem:
 Et si praecipuum (diligendi inimicos, benefacien-
 di eis, & orandi pro illis) est valde magnum, ta-
 men si premium propositum cogitaueris, nihil omni-
 no videbitur. Quod autem illud est? Si hoc feceris,
 qualiter in summum verticem hanc volentem obire
 virtutem, eduxit? Quamquam omnes illi, qui
 tibi sunt causa vel occasio alicuius molestiae,
 non

UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

1.2. Reu.
cap. 16.

161.

1. Cor. 6.

S. de fal-
lac. praf.
vita.

1. Cor. 2.

1.2. epist.
26.

162.
Marth. 5.

Ruff. 1. 3.
num. 29.

non sunt inimici, etsi videantur esse, sed amici, quia valde profunt. Dilige omnes, dixit Christus Dominus S. Brigittæ, qui te odisse videntur, & tibi detrabere; quia ipsi maiorem occasionem dant tibi ad coronam. Magna utilitas ex toleratis æquo animo rebus displicentibus amori proprio, coronæ aternæ affectio, maioris omnibus omnium Imperatorum & Regum coronis. Quod S. Augustinus ponderans ait: Si te aliquis homo diues in hoc seculo, vellet adoptiuum filium facere, quomodo seruire? quas ei dignitates impenderes, & seruorum, eiusq; seruitia durissima, & aliquando etiam turpissima sustineres conuicia, vt ad caducam & fragilem eius hereditatem peruenires. Quod ergo ille sustineret propter substantiam terrenam, tu sustine propter vitam aternam. Nam, vt ait Apostolus, Momentaneum & leue tribulationis nostræ, aeternum gloria pondus operatur in nobis. Gutturatim pœna bibitur, inquit S. Bernardus, liquando sumitur; per minutias transit: at in remunerationem torrens voluptatis & fluxu impetus flumen gloriæ, & flumen pacis. Flumen planè est, sed quod affluit, non quod fluit vel effluit. Flumen vocatur, non quod transeat, vel pertranseat, sed quod abundet. Aeternum, inquit, gloria pondus. Non enim vobis gloriosa vestis, non gloriosa domus, sed ipsa gloria promittitur. Si quid verò illorum aut similitum aliquando dicitur, figura est. Nam in veritate iustorum expectatio, non aliquid latum, sed ipsa lætitia est &c. Nobis non fauum mellis, sed purissimum & liquidissimum mel reposuit Deus; ipsam planè lætitiã, vitam gloriã, pacem, voluptatem, amantiam, felicitatem, iucunditatem, & exultationem thesauri: ait nobis Dominus Deus noster. Et hæc omnia vnum. Et hoc vnum, & id ipsum, non nisi ipse dicitur Apostolo: Quoniam Deus erit omnia in omnibus &c. Vestri dies non minus vtiq; quàm capilli numerati sunt; & sicut pilus de corpore. sic & momentum de tempore non peribit. Quamquam sæpe, etiam in hac vitã, Deus innocentes iniqua passos coronat. Sic castum Ioseph, iniquam calumniam, ac carcerem passum euexit. Incorruptus ille oculus, inquit S. Ildoratus Pelusiora, pudicitia legislator, & arbiter, ad regni thronum ipsum enexit. Quocirca nos quoque nec calumniam, nec obreccationem, nec aliud quicquam eorum, que graua & acerba esse videntur, graue esse existimemus: verum peccatũ solũ. Atque ita omnino, aut in hac aut in alterã vitã, pretiosissimas coronas consequemur.

162. Tertio, amor iste externus demonstrandus est beneficiis. Beneficite his qui oderunt vos, inquit Christus Dominus, quanto magis, si non oderunt nos ij, qui sunt causa vel occasio rerum nostro amori proprio displicentium? Hoc exequabatur Senex laudatus in Vitæ PP. præter tot alios Sanctos. cui si quispiam detraxisset, & ille festinabat, (si vicinus ei erat) per se ipsum benè remunerari; quod si longius manebat, transmittere ei munera. Inter beneficia verò, quibus affici debent à nobis ij, à quibus aliquid patimur, vel passi sumus, non postremum est, benè deus loqui, datã occasione. Cum ad te adiens quispiam, inquit S. Chryso-

stomus, tibi dixerit: Quidam te iniuriã affecit, neque finem facit de te apud quosuis obloquendi; tum demum laudato obloquentem apud eos, qui tibi recitant, que ex illo audierunt. Et alio in loco declarat, quãti momenti sit hoc beneficium aduersario prestatum: Philosophici viri est, iniuriarum non remissici, nec vlcisci: at benè loqui de iis qui nos insectantur, est Angelis, & signum multis erga Christum amoris. Et pro beneficio, inquit alibi, habendum, quod occasio tibi præbetur dum inimico benefacis; vt aperiantur tibi ianue fiducia veniendi ad Deum, & redimendi peccata tua. Reuerã enim, ait S. Basilius, Tribulationes edulia quadam sunt, & gymnico certamini mirè conducentia, & ad Patris gloriã suam agonisten promouentia: si modo legitime ad omnium tolerantiam se accommodauerit. Puta, si quando incesimur maledictis, nos contra benedicimus conuiciatori: cum blasphemantem obsecramus, atrox laboribus oppressi, gratias agimus, in afflictione positi exultamus, quasi gloriã effecit.

Porro erga res nobis displicentes, sic animo constitutos nos esse oportet, si æquo eas animo ferre volumus: Antè omnia seruandum est, præsertim tironibus in viã Dei, præclarum monitum S. Ambrosij: Hoc diligentia est, vt quis ita se comparet, vt vigore mentis prouideat que futura sunt, & tanquam ante oculos locet, quid possit accidere, & quid agere debeat: Si ita acciderit, definire: interdum duo & tria simul voluat animo, que coniciat, aut singula, aut coniancta accidere posse, & aut singulis, aut conuictis, disponat actus, quos intelligat profuturos. Fortis est viri non disimulare cum aliquid imminet, sed prætereundere. & tanquam explorare de speculã quadam mentis, & obuiare cogitatione prouidã rebus futuris, ne sortè dicat postea: Idèd in ista incidi, quia non arbitrabar posse euenire. Denique nisi explorentur aduersa, citò occupant. Vt in bello improuisus hostis, vix sustinetur. Si & imparator inueniat, facile opprimis: ita animum mala inexplorata plus frangunt. Causam huius rei dat S. Basilius, quia rerum insperatarum repentina calamitates, hominum cogitationibus perturbaciones adferre solent, perturbatam autem mentem, etiam leuis aduersitas debellat.

Verum res displicentes amori proprio, Primò non sunt habendæ pro iniuriã, etsi iudicio seculi videantur esse iniuriã: quia quotidiana peccata, etiam sola venialia, contra Deum, & proximum, merentur multò maiores molestias & calamitates, quàm sint eæ, que in hac vitã nos affligunt. Nam, vt dixit Deus Pater S. Catharinæ Senensi, Omnes pœne, quas anima sustinet vel sustinere potest in presenti seculo, nullo modo condigna sunt, ad culpam, etiam minimam, puniendam. Quoniam offensa que mihi sit, qui sum Bonum infinitum, procul dubio satisfactionem exigit infinitam. Nunquã autem in hac vitã patiemur infinitas molestias: quocirca illæ omnes finitæ, quas solus quis pati posset, pro vnã solã culpã minima veniali, iudicio Dei, sunt leuiorẽs & minores, quàm vnã sola culpa venialis. Quantò autè magis pro tot venialibus, etsi nullũ vnquã admisissemus peccatum

tum mortale? Ideo eidem Deus alia vice dixit: Metimini diligenter iniurias quas irrogatis mihi, & vestro proximo. cum illis qua sum vobis, & inuenietis in comparatione mearum iniuriarum, quod vestra iniuria facta vobis, velut nihil apparebunt. Immo non erunt iniuria vestra, quia in penam peccatorum nostrorum, qua sunt Dei iniuria, maiora debentur. Merito ergo dixit S. Chryostomus: Invidus & calumniosus iniuriam non patitur, sed illi qui faciunt. Et, vt ait S. Ephraem, Qui verè cupit esse homo Christi, paupertatem diuitias cum gaudio existimare debet, asperitatem victus, delicias, improprium, honorem; & contumelias, gloriam ducere. hac enim vera Seruorum Dei gloria est.

Secundo, omnia qua nobis displicent, in quantum displicent, & sunt molesta nostro amori proprio, habenda sunt pro beneficio, si a quo animo tolerantur, quia, vt ait S. Apostolus, Quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis. Ideo S. Chryostomus appellat eos, qui nos insectantur, premiorum nobis procuratores: nimirum caelestium & aeternorum imò & maximorum in hac vita; dum nobis praebent materiam meritorem, per qua efficiuntur magis ac magis Diuinae, vt ait S. Petrus, consortes naturae, crescentes in amicitia cum Deo, & in iure ad hereditatem vitae aeternae. Hoc autem summum beneficium est: proinde qui sunt causa vel occasio horum beneficiorum, sunt nostri insignes benefactores. Magna est ista nostra felicitas, cum ex necessitate possimus lumere materiam virtutis & meritorem. Vt enim scriptum S. Ildorus Pelusior: Qui sanã mente sunt, que omnino per se sibi necesse est, vt ea Dei causa persequantur, animi inducere debent. Hoc enim si acceperit, labores praemis superabit. Alioquin, vt idem ibidem promiserat, Si Dei causa quidpiam perpeti recusent, id tamen alio modo perpeti necesse habebunt.

Quocirca meritò tribulationes appellabat P. Balthasar Aluarez grandem auream e celo cadentem, qua quamuis in vita nostrae vinea destruat aliquot vvas vel borros nostrae famae & bonae opinionis apud alios, & promotiones nostri ad res speciosas, tamen multò pretiosius est ipsum autem quam vvas botri. Si grandines illa (dicebat hic S. Pater, multis temerariis iudiciis, & quidem doctorum & bonorum virosum grauissimè exagitatus) Si, inquit, grandines illa essent aureae, quantam conciperet consolationem Dominus vineae: multò siquidem maius est lucrum illi, quam damnum ex vinea à tali grandine destructa. Aurei sunt lapides valde pretiosissimi, quibus impetimus, & veluti lapidamur, vehementer locupletant eos qui sciunt esse patientes: hoc est, qui aequo animo ferunt omnia ea, qua illis displicent, praefertim, dum aliqua patiuntur contraria suo honori & appetitui infito gloriae. Non laudet ille, inquit S. Chryostomus, nihil enim profuerit, & si vituperauerit, nihil nocebit. In Deo autem hac vtraque

habent aliquid lucri vel iacturae: at apud homines omnia vana. Et in hoc aequamur Deo, quod ab hominibus ille gloria non indigeat, ait enim, Gloriam ab hominibus non capio. Parumne igitur hoc: cum nolis gloriam contemnere, dic, Deo par sis, si contempsero; & statim contemnes.

Tertio, non fugienda nec declinanda ea, qua nobis displicent antequam ingruant; & postquam nos inuaserunt, non sunt repellenda, nec minuenda, siue exultationibus, siue prelatione patrociniorem alienorum, siue aliis modis. Si enim, vt dictum est, magna beneficia sunt nostra, sicut beneficia non fugimus, nec inminuta cupimus, sed magis aucta, ita & res aduersas potius augetis, quam minui vel auferri à nobis ex animo optemus. Recordare, dixit Christus Dominus B. Baptistae Veranae, Magis me tibi ostendisse signum amoris dum te afflixit, quam dum te tenerem arctissime in dulcissimis brachiis meis. Magnum beneficium est non peccare, maius posse benefacere, maximum & in superlatiuo gradu patimulum.

Hinc Dominus promisit B. Mariae Magdalenae de Pazzis etiam domicilium religiosum specialem suae praesentiae fauorem, si in eo religiosi amarent res displicentes amori proprio. Si, inquit, placebit eis ambulare super aquas tribulationum, & calcare spinas tentationum, meus dulcis Sponsus libenter ambulabit, discurret & lustrabit ambulando per sacra habitacula Religiosorum: quemadmodum facit dilectus sponsus in sua maxime amata camera.

Quocirca S. Chryost. agnoscens magnitudinem beneficiorum inclusorum in rebus amori proprio displicentibus, miris laudibus celebrat eas, & patientiam qua eas tolerantur. Quando Deus dat alicui, inquit ille, vt mortuos suscipiat, minus dat quam cum dat donum patienti. Pro miraculis enim debitor sum Deo, at pro patientia debitorem habeo Christum. O rem admirandam! & donat mihi, & super hoc debet ipse mihi. Et B. Laurentius Iustinianus ait: Signis & miraculis maiorem esse patientiam non dubitemus. Ista enim, inquit idem alibi, minime efficiunt hominem sanctum, nec Deo carum, & electis ac reprobis esse possunt communia. Et B. Baptistae Verana idem allerebat infra n. 227.

Sicut ergo ij quibus Deus concedit miracula patranda gratiam, solent hoc beneficio valde excitari ad studia virtutum eximia; praesertim ad humilitatem, vt ait idem B. Iustinianus, ita & per aduersitates (cum maiora beneficia sint) ad haec ipsa inflammari debent, & esurire ac sitire iustitiam: quam qui esurit & sitit, inquit S. Bern. contra qualibet aduersa sortis & insuperabilis & imperterritus existit. Vnde Salomò ait. Iustus vt leo confidit, & absque terrore erit. Item: Non contristabitur iustus; quicquid ei acciderit. Hoc Spiritu erant praedicti omnes, de quibus loquitur Apostolus: Sancti ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres; lapidati sunt, tentati sunt, in occasione gladij mortui sunt. Circueiunt in melioris, in pellibus caprinis, egenes, angustiati, afflicti, quibus dignus

10aa. 8.

170.

4 p. Chr. S. Franc. to. 1. 7. cap. 24.

171. c. 12. 8. vit. Rom.

172. in c. 1. ep. Phillip.

de patient. cap. 2. Fal amor. c. 5. col. 2.

4 p. Chr. S. Franc. c. 1. l. 7. c. 26. Fal amor. c. 5. col. 8.

S. de don. Spi. S. c. 4.

Prou. 28. Prou. 12.

Hebr. 11.



non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis, & in caernis terra. Hec & Apostolus ait: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulationes &c. Iste spiritus omnem alienam malitiam sustinet, & aduersus hostiles insidias instruit & munit. Vnde Sponsus in Sponse preconio ait: Pulchra es amica mea, suavis & decora, sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Merito ergo dixit S. Catharina Senensis Deum orans: Quomodo maiorem gratiam possum habere, quam ut vitam ducam semper in pacis, & ipsam terminem cum martyrio propter te? Et or. 19. petit à Deo: Concede, quæso, continuam famem, patiendi pro te penurias & tormenta.

173. Erga Deum verò, dum nos exagitant ea quæ nostro amori proprio displicent, tria præstanda sunt: Primum, gratia sunt ei agendæ pro huiusmodi rebus, tanquam pro beneficiis insignibus. Christianorum propria virtus est, inquit S. Hieronymus, etiam in his quæ aduersa putantur, gratias agere Creatori. iuxta apostolum, hac virtus est maxima, ut in ipsis periculis atque miseriis, gratia Deo referantur, & semper dicamus: Benedictus Deus: minora me scio sustinere quam mereor, hac ad mea peccata parua sunt, nihil mihi dignum redditur. Hic animus Christianus est: hic crucem suam tollens, sequitur Saluatorem, quem nec orbitas, nec damna debilitant: quem, ut ait Flaccus, si fractus illabatur orbis, impavidum ferunt ruine. Sic fecit S. Iob, qui tam multa passus & à demone, & ab hominibus, & ab elementis, Deo egit gratias, corde hilari dicens: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Sic & Sancti illi tres pueri in fornacem Babylonicam iniecti, quasi vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum; & alias quoque creaturas, etiam ratione carentes ex ingenti gratitudinis affectu inuitabant ad laudandum & benedicendum Deum. Nihil est animæ illâ sanctius, inquit S. Chryllostomus, quæ in malis Deo agit gratias. Reuera illa nihil distat ab animâ Martyris: similiter & ipsa & ille coronatur. Ideo merito S. Basilus ob tantum honorem, quo afficitur is qui aduersus exagitur, monet, eum debere vberiores tunc gratias agere Deo: ut qui planè nouerit, quia quem diligit, erudit & castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Nil minus Christianum decet, quam ut rebus suis prosperè cadentibus, benedicat Deo: contra, tristiore quapiam calamitate afflatus, laudes reticeat Dei. Non est malum in Ciuitate, quod non fecerit Dominus, ait Agios Prophetæ. Bona & mala, paupertas & honestas, à Deo sunt, inquit Ecclesiasticus. Ideo ob Dei reuerentiam & amorem, aduersitates ab eo immisæ vel permisæ, in quantum nobis (ut suo loco dicetur) ad multa profunt, cum gratiarum actione suscipiendæ sunt. Omnis enim rei inspectio, auctore cognito, planior: ut scribit Tertullianus. Diabolus, inquit idem ibidem, nullam potuit incutere tentationem Iob, nisi à Deo accepisset potestatem: Sic & in Apostolos succulacem tentationis postulauit, non ha-

bens eam, nisi ex permisso. Nec in porcorum gregem diaboli legio habuit potestatem, nisi eam de Deo impetrasset; tantum abest, ut in Dei oues habeat. Possum dicere, porcorum quoque setas tunc numeratas apud Deum fuisse, nedum capillos Sanctorum.

Secundò, desiderandæ & petendæ sunt à Deo maiores afflictiones: siquidem sunt beneficia Dei, quæ quò maiora conferuntur in nos, felicitiores euadimus. Hanc ob causam cum S. Francisco Xaverio diuinitus reuelatum fuisset, eum multis tribulationibus exagitatum iri: ardentè exclamauit, plures & maiores petens, & in has voces prorumpens: Plus Domine, plus. Diderat hoc ab afflictio totâ vitâ Rege Davide, qui ut ponderat Abbas Theodorus apud Cassianum, petebat à Deo: Proba me Domine, & tenta me; virenes meos & cor meum. Hieremias quoque huius tentationis utilitatem intelligens; Corripit, inquit, nos Domine. Sic & S. Iob petebat à Deo: Quis det, ut veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus: & qui cepit, ipse me conterat, soluat manum suam, ut succida me. Et hac mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat. Et ita B. Laurentius Iulianianus instruens Deo seruire cupientem, magnoperè ei commendat, desiderium & zelum patiendi. Hoc namque desiderium, tanquam firmissimum adamas in spiritalis structurâ adificij pro fundamento locandum est. Tale etenim habentes desiderium, homines seculi negotiis deditos; pro adipiscendis dignitatibus, pro acquirendis diuitiis, pro sectandis voluptatibus, videmus die noctuque sub sacris laborum desiderare, pericula contemnerè, corporis quietem nihil pendere, pacem mentis amittere, ipsamq; mortem, vltimum terribilium, non formidare. Si tantum potest hic amor in corâbus peccatorum, quantum valebit in cordibus iustorum, qui pro calorum gloriâ, pro Paradisi gaudiis, pro perenni felicitate decerare noscuntur: &c. Quis huius sancti desiderij valet profectus explicare? Animo quippe vires subministrat, & penam exhibet leuiorem, perseverantiam præbet, sanctitatem adducit, coequat Martyribus, & celesti patriâ dignum suum efficit possessorem &c.

Hoc patiendi desiderium is prorsus congruit, qui virtutum zelo accensi sunt. Ideo merito idem Sanctus alio in loco dicit: Impudica mentis ac frigida experimentum est, nolle pati, reprobo verò murmurare de verbero. Quid verò deformius, quam aduersus corrigentem & amantem irasci Patrem? Hoc etenim exhortando Sapiens prohibet dicens: Disciplinam Domini, fili mi, ne abicias. Quæ enim diligit Dominus corripit, & quasi Pater in filio complacet sibi. Filiorum itaque est cum exultatione, amicorum cum patientiâ alienorum verò inuitè, & cum murmure, Domini percussonem tolerare.

Quod si nondum pertenuisti ad hunc patientiæ gradum, ut maiores aduersitates expectas, quin potius sentis difficultatem in quavis, & metuis ne succumbas, tunc pete à Deo auxiliû, quo fretus eas patienter tolères, & piis cogitationibus necessitatem ac utilitatem tribulationum

175.

Lucena
in vita.

Coll. 6. c.

11.

PL. 2. 5. 2.

Ierem. 10.

24.

Iob. 10.

24.

177.

4. p. C.

S. Fran.

tom. 2.

17. c. 2.

disc. &

perf. mon.

cou. c. 4.

177.

4. p. C.

S. Fran.

tom. 2.

17. c. 2.

disc. &

perf. mon.

cou. c. 4.

177.

4. p. C.

S. Fran.

tom. 2.

17. c. 2.

disc. &

perf. mon.

cou. c. 4.

177.

4. p. C.

S. Fran.

tom. 2.

17. c. 2.

disc. &

perf. mon.

cou. c. 4.

177.

4. p. C.

S. Fran.

tom. 2.

17. c. 2.

disc. &

perf. mon.

cou. c. 4.

num representatibus te corroborare. Hæc enim duo, pro tali statu mentis media proposuit S. Chryostomus in fine libri tertij de providentiâ. Quibus autem cogitationibus te possis corroborare tempore aduersitatum, imò & earum desiderium in te excitare, vide infra totum Caput Sextum, in quo multa bona explicauit, ex toleratis patienter aduersitatibus proueni-

176. Tertio, Orandus est ex toto corde Deus, pro
Math. 5. iis, qui vel authores vel cooperatores fuerunt
44. rerum nostro amori displicentium; Orate, inquit
Christus Dominus, pro persequentibus & cal-
L. Ren. lamnantibus vos. Nihil esse pulchrius aut acceptius
cap. 124. Deo, dixit S. Agnes S. Brigittæ, quam lacrimis se
Coll. 11. diligere, & pro persequentibus orare. Quod eorum
c. 9. ab. 10. esse ait Abbas Charemon apud Cassianum, qui
ad imaginem & similitudinem Dei peruenerunt, &
177. filij Dei nuncupantur: & uisceribus Domine longan-
4. p. Chr. mitatis induuntur. Hoc affectu uoluit Christus
S. Franc. Dominus orare pro aduersariis, dilectam suam
tom. 2. seruam B. Baptistam Veranam Ord. S. Francisci:
17. c. 14. Rogam te ex corde, ut ego ei qui te afflixit parcam, &
ut eum liberem à pœnâ quam meretur. Sicut uelles li-
berari oculum tuum, uel aliud membrum, ab aliqua
pœnâ crudeli, quia proximus tuus, est oculus tuus, &
membra tua.

Tali affectu orabat Moyses pro rebellibus il-
lis Hebræis, à quibus tam multa ipse cum fratre
suo Aaron passus est. Quod ponderans S. Chry-
ostomus, admiramur, inquit, Moysen, ob id, quod
cum diceret illi Deus: Dimitte me, & nã percitus con-
teram & delebo illos, auersari non potuit eos, qui iam
torques eum auersari fuerant, sed dixit: Si quidem hoc il-
lis peccatum dimittis, dimitte: sin minus, me quoque
cum illis dele. Erat enim & amicus & imitator Dei.

178. Nequaquam autem orandus est Deus, ut te li-
beret ab iis, quibus premeris, aduersitatibus, si
tibi soli nocent & non aliis, & si Dei beneficio
sentis in te vires ad eas æquo animo ferendas.
ca. 112. Cum S. Ludouicus, postea Episcopus Tolosa-
nus, obfessum eum duobus fratribus pro Patre Re-
ge Sicilia: per septennium in custodia detineretur,
eodem semper vultu hilari, liberatus à cus-
todiâ, asseruit, nunquam se rogasse Deum
carcere liberari, præter semel, hac tamen cautio-
ne, si esset salutare.

Erga nos, dum rebus amori proprio displicentibus exagitamur, tria seruanda sunt:

179. Primò, Non cadamus animo, sed in generositate animi persistamus tempore aduersitatum.

Si rectè sapias, & in veritate aspicias, inquit Thomas de Kempis, nunquã debes propter aduersa tam deuicte contristari, sed magis gaudere & gratias agere: imò hoc vnicum reputare gaudium, quod affligens te doloribus non parco tibi. Sicut dilexit me Pater & ego vos diligo, dixi dilectis Discipulis meis: quos vti que non nisi ad gaudia temporalia, sed ad magna certamina: non ad honores, sed ad despectiones: non ad ornum, sed

ad labores: non ad requiem, sed ad ferendum fructum multum in patientiâ. Imitemur Davidis generosum cor, qui, ut ait S. Basilius, Ad malorum continuam & succedaneam seriem, nihilo se habebat morosus, cum patria finibus exul vertere solum cogere; neque hoc modo, sed & cognatis ac domesticis notis opibusq; simul spoliatus, & in manum hostium traditus, ut parum absuerit, quin minutim & in frustra ab his concisus sit, ne se quidem secum dixit: Quousque tandem continua hæc & succedanea malorum series progredietur? Nihil per huiusce afflictionis diuturnam prerogatiuam fastidientior se habet, aut animo deiectior, ut qui probè nosset, quia tribulatio patientiam operatur, patientiam probationem, probatio spem. Sic & Abraham Patriarcha, inquit S. Chryostomus, erat in POP. delectatione, multi passus tristitia. Vide, quousque exciderat patriâ, difficilia longaq; pertulerat itinera, in alienam profectus terram, nec passum pedis habebat. Hinc rursum fames eum excipit, & migrare coegit, & rursum famem, vxoris rapina subsequitur, & mortis timor, sterilitas & bellum, pericula & insidia & demum certaminum consummatio, vniuenti & legitimi filij iugulatio tristis & irremediabilis illa. Verum tamen horum nihil eum prostrauit, sed tanquam generosus & coronâ nobilitatis at hietis, in his singulis predicatur. Sic & B. Paulus tentationum imbres per singulos dies videns irruentes, tanquam in medio gaudens Paradiso, letabatur, & exultabat. Sicut itaque qui tali gaudet gaudio, tristitia non est obnoxius; ita qui hoc non arripuit, omnibus est expugnabilis, & idem patitur, quale si quis arma gerens putrida, qualibet vulneretur percussione. Sed non ita, vndique bene manitus, omne namque telum ingruens repellit. Nam & omnibus armis fortior est delectatio, & huiusmodi tristitiam facere potest nihil, sed omnia generosè sustinet. Id quæ facilius, si spectatâ Dei infinitâ Maiestate, omnia aduersa, tanquam res paruas reputauerit. Ideò S. Bernardus S. 43. in Cant. à Sponsa dicit, myrrha id est, amara & aspera tribulationum, dictam esse, non fascem, sed fasciculum Cant. 1. Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: eò, quod leue pro amore ipsius ducat, quicquid laboris imminet & doloris. Bene fasciculus, quia non sunt condigne passionis huius temporis, ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis. Id enim, inquit, quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloria pondus operatur in nobis. Erit ergo quandoque nobis ingens cumulus gloriæ, qui modò est fasciculus myrrhe. An non fasciculus, cuius iugum suauis est & onus leue? Non quia leue in se, nec enim leuis passionis asperitas, mortis amaritudo, sed leuis tamen amanti. Et ideò, & dilectum nominat, monstrans dilectionis vim, omnium amaritudinum superare molestiam.

Deinde is qui patitur erigat se Dei iudicio, concilij innocentie eius. Si Deus nobiscum, quis contra nos? Atqui, inquit S. Gregorius Nazianzenus, plerisque secus videtur, inquit. Quid me à meo interest, qui rei veritatem magis curo, imò solum curo: hoc enim vel me condemnerit, vel absoluerit, hoc miserum vel bonum

bonum reddiderit. At quid aliis videatur, nihil ad nos, quemadmodum nec alienum somnium. Non ita aliis videtur. ais. Quid verò? An is qui vertigine correpti sunt, terra fixa & stabili esse videtur? An ebrii, sobrii integrâ mente esse: an non potius in caput incedere, ac sursum deorsumq; moueri? An non quibusdam interdum hominibus, mel amarum est, nempe morbo laborantibus, maleq; affectis? At propterea res ita se habent, ut qui hoc statu sunt, arbitrantur? Quocirca, fac prius fidem, sanos eos esse, qui de nobis ita sentiunt, & tum nos admonere, ne meliorem mentem induamus: aut condemnare, nisi consilio tuo pareamus, sed in eadem sententiâ persistemus. Non ita multis videtur? At Deo ita. Imò non videor, sed perspicuus atque manifestus sum ei, qui omnia, prius quàm orientur, nouit, qui corda nostra sigillatim fingit, qui omnia opera nostra, omnes motus & cogitationes, ex quibus res à nobis geruntur, intelligit, quem nihil eorum, que sunt, latet, nec latere potest; qui aliter res nostras intuetur, atque mortales solent: (Homo enim videt in faciem, Deus autem intuetur cor. Audisti Scripturam hoc dicentem, & fidem adhibe) Cuius iudicium cordatis hominibus plaris faciendum, magisq; curandum est, quàm omnium aliorum in vnum coactorum.

180. Secundo, propter aduersitates non desultamus à benè cæptis, sed in eis strenuè pergamus. 2. 2. q. 136. Patientia namque firmitas, inquit S. Thomas, in eo a. 4. ad 2. posita est, ut propter tristitias, qua ab aliis inferuntur, quantacunque sint, homo non recedat à bono virtutis. Seneca hac in re nos vult imitari solem, à sua luce & cursu non desistentem ob impedimenta nebularum. Solis, inquit, vis & lux integra est, etiam inter opposita: & quamuis aliquid interiaceat, quod nos prohibeat eius aspectu, in opere est, cursu suo fertur. Quoties inter nebula luxit, non est sereno minor, nec tardior quidem, quoniam multum interest, virtutem aliquid obsteret, an impediat. Eodem modo opposita, virtuti nil detrahunt: non est minor, nec minus surgit. Nobis forsitan non aequè apparet, ac nitet. Sibi eadem est, & more Solis obscuri, in occulto vim suam exercet. Hoc itaque aduersus virtutem possunt calamitates, & damna, quod aduersus solem potest nebula. Abbas Theodorus apud Cassianum aliâ pulchrâ similitudine hoc ipsum commendat: Mens viri iusti, non debet esse similis cere, vel alterius cuiusquam materie mollioris, qua semper characteri signantium cedens, pro eius formâ atque imagine figuratur, quamque in se iam diu retinet, donec alio rursus superimpresso signaculo reformetur, atque ita fiet, ut nunquam in sua qualitate persistens, ad formam eorum que imprimuntur semper conuertatur, atque transcat: quin potius, debet velut quoddam adamantinum esse signatorium (id est sigillum) ut inuolabilem mens nostra figuram sui semper custodiens charactere, vniuersa que incurrerint sibi ad qualitatem sui status, signet atque transformet, ipsa verò insigniri nullis incurribus possit.

disc. & per. in. con. c. 18. col. 3. Quod tanto magis curandum est, quia, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Perfecte charitatis argumentum notissimum est, in aduersis fiduciam non amittere, & virtutes vniuersimodè semper operari, atque

sub Dei disciplina, eodem animo, eodemq; vultu persistere. Negligentibus hoc impossibile videtur, amanti- bus nihil.

Terò, efficiamur meliores dum displicentia proprio amori toleramus. Sic David, inquit S. Basilius, Ereptus ex morte, sibi veluti terminos vitæ prescribit, suamq; ipsius animam instruit, ac informat, ad exactiorem viuendi formulam. Tribulationes enim sunt veluti aratra, quæ quò magis terram scindunt, & hoc atque illuc inuertunt, aptiorem & fecundiorè reddunt. Ideò S. Chrysostomus, eos qui persequantur bonos, appellat, bonorum agricolos. Sanctus autem Augustinus, aduersitates torculari similes esse ait, in quo, fructuosa pressura est: vna dum in torculari calcatur, premitur: iniuria videtur fieri vna, sed ista iniuria sterilit non est: imò si nulla iniuria accideret, sterilis maneret. Quicumque ergo pressuram patiuntur, attendant psalmum illum, in quo David se conculcatum ait ab inimicis, & à multis bellantibus contra eum. Sicut autem vna compressa in torculari, vitior est Domino suo, & succo suo ac liquore expresso, exhilarat bibentes, & ad meliorem statum accedit, quàm dum sine vllâ læsione penderet è vite; ita nos oportet reddi meliores, & Ecclesiæ vitiores, ac Deum vitâ sanctiore per aduersitates acquisitâ magis exhilarantes. Hanc utilitatem adferunt res displicentes amori proprio, tolerata æquo animo. Vnde cum P. Hieronymus Natalis à S. P. N. Ignatio petisset, Quenam esset compendiosissima ad perfectionem via, respondit: Si multa aduersa, magnaq; pro Christi amore patiæ. Pete hanc gratiam à Deo. Nam cum Dominus hoc tribuit, multum tribuit; hoc enim vno beneficio, multa magnaque eius continentur beneficia. Simili modo verus S. Ignatii filius, P. Balthasar Aluarez, omnia pœnalia & aduersa dicebat esse instar velocitum postarum, quibus ingentia spatia brevissimo tempore percurruntur, ad assequendam perfectionem: quam in hoc cursu peregrinationis nostræ, in hac vitâ quærere debemus. Et in literis ad quandam personam afflictam scribit: Cui Deus oculos aperit, ad discernendum quantum bonum in ipso habeat, etiam aperit, ut eodem lumine videat, quantum valeant & assumari debeant omnia pœnalia & aduersa: & agnoscit, ea esse instar velocitum postarum, quibus ingentia spatia, que inter animas & ipsum interiacent, velocissimè percurruntur: & eum, qui dicit ea esse impedimenta ac progressum retardare, iniuriâ afficere Diuinam providentiam. Si quis enim proficere cupit, eique placere quem meritò debet plus quàm se ipsum amare, etiam illas occasiones meritò desiderabit, in quibus ei placere possit. Quæ occasiones cum sint illi euentus, quos cæcus mundus infelicitates, infortunia, & onera appellat, ea ipse talia non indicabit, sed Dei studia & fauores in se reputabit, & quidem eò maiores, quò illa grauiora erunt. Et ita præclarum solatium tribulatis dedit Deus Pater, per S. Catharinam Senensem, cui hoc dixit: Omnes mundi peruersi persecutores, non valent aduersa patientissimè toleranti, virtuti-

181.

in Pl. 33.

182.

h. 4. ad

pop.

in Pl. 55.

183.

184.

Rib. lib. 5.

cap. 10.

Vit. c. 51.

S. 1.

Vit. c. 51.

pag. 38.

c. 1. Dial.

fia.

virtutem anime tollere, sed omnes eorum persecutio-
nes, experientiam virtutum operantur. & ipsarum au-
gmentum, qua prius, ex affectu dilectionis mea, conce-
pta fuerunt. Perfectio autem consistit in virtuti-
bus valde auctis. Quod autem his modis nos ge-
ramus tempore aduersitatum, duo inter alia
profunt: Primum, vt iuxta consilium S. Ambrosij
supra allatum, & S. Basilij, quislibet se preparat, cum
ab alijs, tum ab ipsis etiam suis domesticis se tentan-
dum, idque quoad vixerit. Secundo, ante, vel tempo-
re aduersitatum, rerum aliquarum pia considera-
tione se corroboret & excitet, ad ferenda æ-
quo animo omnia, qua proprio amori displi-
cent. In duobus, inquit S. Ambrosius, est animi ex-
cellentia, vt primum animus tuus bonis exercitatus co-
gitationibus, mundo corde, quod verum & honestum
est videas, atque id quod honestum est, solum bonum
iudicet. Deinde nullis perturbetur occupationibus, nullis
cupiditatibus fluctet. Deinde vt iudicium tuum sta-
bilis ratione confirmes, & qua iudicaueris letia, tan-
quam nihil profutura contemnas. Et si quid acciderit
aduersi, idque graue & acerbum putetur, ita feras, vt
nihil præter naturam accidisse putes. Ad hæc autem
omnia, per Dei gratiæ auxilia acquirenda, valde
proderunt, seriæ considerationes rerum sequen-
ti capite adferendarum.

CAPVT SEXTVM.

De incitamentis ad ferenda æquo animo
ea, qua nostro amori proprio displi-
cent.

186. **Q**UOD B. Catharina Bononiensis suis No-
uitiabus præscripsit, in tractatu quodam
ei diuinitus inspirato, hoc omnibus vitæ spiri-
tualis amatoribus congruit: omnes enim, vt ita
dicam, quamdiu viuimus, sumus Nouitij Dei, à
quo instruimur & excolimur ad perfectionem.
Nouitiæ, inquit, posita sunt ad probationem, vt ex
plumbo euadant purissimum aurum, hoc est, ex sensua-
libus & mundanis, euadant spirituales & caelestes. Et
hoc facit Dominus noster Deus, volens illas ducere per
illam viam, per quam iuit filius eius, vii scimus; qui à
puncto suæ natiuitatis, vsque ad mortem semper iuit
per viam crucis. Sed cum nostro amori proprio,
crux omnis valde molesta sit, vti reddatur vel
omnino grata & accepta, vel saltem minus mô-
lesta, quod eam amplectatur patienter, libenter, &
ardenter, vt ait S. Bernardus; vel vt loquitur S.
Basilius, cum exultatione: adferam aliqua incita-
menta, qua fusiis explicauit in Opusculo de
modis ferendæ Crucis Christi. Et quidem lo-
quendo in genere, locum habet hic prudens
responsum S. Ludouici Episcopi Tolosani Or-
dinis Minorum, qui cum pro suo Patre Rege
Siciliæ obfes datus esset, & coniectus in carce-
rem, aliquando rogatus, quis posset illi in tot aduersis,
tanta esse æquabilitas, idem vultus, eadem frons, tum
ille aduersa, inquit, amicis Dei plus conducunt quam

prospera: tunc Deo subditi sumus, quando aduersis vrge-
mur: Secunde res, mentem extollant, atque efficiunt, vt
Deum non cogites, non merearis. Fortuna enim, vt ig-
narus medicus cecos eos plerumque efficit, quos comple-
bitur: & quem nimium fouet, stultum facit. Atque idem
infelix ille, in quem nil triste incurrit: hic aut sibi igno-
tus (vt qui nunquam sui periculum fecerit) aut Deo in-
uisus, quem præterit velut ignauum ad conflictum. Ad-
uersi aliquid eueniat oportet, quod probet virum. Sed
magni animi proprium est, placidum esse & tranquil-
lum, tristitia quæque supernæ despiciere; humanosq; casus
virtute inferiores; putare calamitates mortaliū, sub
ingum mittere; proprium est magni viri. Sed videam-
us incitamenta in particulari.

Primum incitamentum

188. **E**st, status vitæ præsentis communis omni-
bus. Nunquam sentire aliquam turbationem, nec
aliquam pati cordis aut corporis molestiam, non est
præsentis temporis, inquit Thomas de Kempis, sed
status æternæ quietis. Certaminum est arena, ait S.
Chrysostomus, præsens vita, porro in certaminibus
nemo potest frui requie. In valle miseriarum positi su-
mus, inquit B. Laurentius Iustinianus, vbi ed ma-
gnum stendum est, quod minus stemus. In hoc exilio nequa-
quam Deus hominem eiciet de Paradiso, vt hic aliam
faceret paradysum, sed vt operaretur in sudore. Vniuer-
sum vitæ nostra tempus, quadam est vigilia solemnita-
tis æternæ. Vigilia vti que non est tempus deliciarum sed
stetis. Et vt in alio loco dicit S. Chrysostomus,
Præsentia, certamen quoddam sunt, & labores, & sta-
dium: futura verò, perennia, corona, & brauia. Sicut er-
go athletæ in theatro & in sudore & puluere & estu
multo, & laboribus & ærumnis pugnandum est, ita &
iustum hic multa sustinere oportet, & ferre omnia vi-
riliter, siquidem præclaras illis recepturus est coronas.
Non igitur oportet, inquit idem alibi, ob ea qua acci-
dunt, obstupescere. Nam vbique tentationes iis, qui vi-
giles, & attentis sunt, adherent: siue à domesticis, siue
ab alienis: propterea Paulus etiam, cum ingentem nu-
merum periculorum illis cerneret imminere, ac vere-
retur, ne qui discipuli inde turbarentur; in hæc verba
scribebat: Misit ad vos Timotheum, vt nemo moueatur
in tribulationibus istis: ipsi enim scitis, quod in hoc po-
siti sumus. Quorum hic sensus est: Hæc est vitæ nostra,
hæc Apostolica conuersationis est conditio, vt ferendis
malis innumeris sit obnoxia. In hoc enim positi sumus,
inquit, quid est, in hoc positi sumus? quemadmodum
res venales in hoc sunt expositæ, vt vendantur, sic & A-
postolica vitæ, vt conuictis incessatur, vt mala patia-
tur, & nunquam respiret, vt nullas inducias nanciscat-
tur. Porro qui vigilantes & attentis sunt, non modo nihil
inde capiunt detrimenti, sed amplius inde lucrantur.
Nauigamus, inquit S. Augustinus, per quoddam sta-
gnum, & ventus, & procella non desunt, tentationibus
quotidianis huius seculi propè completur nostrum nau-
uigium. Sed nominatim, persecutiones lingua-
rum & censurarum, sunt huius vitæ tam pro-
prie, vt scripserit S. Basilius: Quod vitæ hominis ca-
lumnias

Hb. 2. de
imit. c. 25.
num. 3.
c. 3. de La-
zaro.
fig. vit. tr.
de cont.
cap. 3.

S. de resu.

Lad eos
qui scan-
dalizati
sunt c. 20.

1. Theff.
5. 1.

Expof. 2.
in Pl. 2. 5.
ep. 14. ad
Athan.

185.
Mor. Reg.
li. ci.

1. Offic.
cap. 18.

4.
lib. 5.
o.

57. am.

186.

187.
64. vit.

lib.1. de bon. pat. in proo. l.7.

lumnis non fit obnoxia, difficillimum esse, ne dicam impossibile. Omnes nos, inquit S. Cyprian. sumus destinati ad genus tota vita. Hinc, vt scribit Plinius, Natura hominem natali die abiicit ad vagitus statim & ploratum, nullumq; tot animalium aliud ad lacrymas, & has protinus vita principio. Cur? Respondet S. Cyprianus: Vt vita mortalis calamitates, & labores, quos ingreditur in exordio suo, rudis anima testetur. Quam ob causam dicit S. Augustinus, hominem in sua natiuitate plorantem, appellat prophetam calamitatis. Nec Rex, inquit S. Chrysostomus, Procul a cruce vitam agit, & vitam viuit plenam multis tribulationibus. Nulla domus, ait Seneca, in toto orbe terrarum aut est, aut fuit, sine comploratione. Ideo bene Solon legislator Atheniensium dicebat: Vrbes atque oppida, nihil aliud esse, quam humanarum rerum domicilia: quibus luctus, merores, tristitia mortalium, quasi septis includantur.

I. de bon. par.

Etiam vnicus, inquit S. Augustinus, qui fuit sine peccato, (Christus Dominus) non tamen sine flagello. Omne pomum, inquit idem, omne granum, omne frumentum, omne lignum, habet vermem suum: alius est vermis mali, alius pyri, alius saba, alius tritici. Ita in quouis hominum statu, sunt tribulationum vermes, amori proprio hominum displicentes. Dum viuimus, omnes sumus athletae: atqui, vt ait S. Chrysostomus, Nullus athleta generosus in stadio balnea quarit, aut mensam cibis & vino redundantem. Hoc non est athleta, sed delicati. Athleta namque pugnat puluere, oleo, solis ardore, sudore longo, tribulatione, & angustia. Hoc est certaminis tempus & pugna, igitur, ait: Periculum est, & doloris. Et ita S. Ildorus Pelusiota S. Chrysostomi discipulus, explicans illa verba Domini, In mundo, pressuram habebitis, ait: Perpicuum est, certaminum ac laborum stadium, hanc vitam esse, coronarum autem & praemiorum futuram. Quod scribit etiam alio in loco. Et hoc quidem magis diuites experiuntur & Reges, qui putantur felicissimi, vti fuse ostendit S. Chrysostomus h. 66. & 67. ad pop. Hoc mortuo etiam ethnici se animabant ad patientiam in aduersis. Hinc Seneca: Offendi rebus istis tam ridiculum est, quam queri quod spargaris in publico, aut inquineris. Eadem vita conditio est, quae balnei, turbae, itineris. Per eiusmodi offensas emendandum est, confragosum hoc iter: preparetur animus contra omnia: scias se venisse, vbi luctus, & vltices posuere iubilium curae.

I. 2. ciu. cap. 5.

h. 66. ad pop. 189. I. de consol. c. 35.

in Pl. 31.

190. S. 5. de ver. Dom.

h. 67. ad pop.

I. 2. ep. 24.

Ioan. 16. 33.

I. 3. ep. 154.

ep. 107.

In hoc contubernio vita degenda est. Effugere ista non potes, contemneres potes: contemnes autem, si sepe cogitaueris, & futura presumpseris. Nemo non fortius ad id, cui se diu composuerat, accessit, & durus quoque si praemeditata erant, obstitit, ac contra imparatus etiam leuissima expaui. Id agendum est, ne quid nobis inopinatum sit, & quia omnia nouitate grauiora sunt, hac cogitatio assidua praestabit, vt nulli malo sis tyro & c. Hanc rerum conditionem mutare non possumus, id possumus, magnum sumere animum, & viro bono dignum, quo fortiter fortuita patiamur, & natura consentiamus: natura autem hoc, quod vides, regnum mu-

rationibus temperat. Nubilo serena succedunt, turbantur maria cum quiescerunt; flant inuicem venti, noctem dies sequitur, pars calis confurgit, pars mergitur, contrariis rerum aeternitas constat.

Quocirca, vt idem alio in loco scripsit. Imperfectus & adhuc in publicum se iudicium dirrigentibus hoc proponendum est, inter iniurias ipsas contumelias debere versari. Omnia leuiora accidant expectantibus. Quo quisque honestior genere, forma, patrimonio est, hoc se fortius gerat: memor, in prima acie alios ordines stare: contumelias, & verba probrosa, & ignominias, & cetera de honestamentis, velut clamorem hostium ferat, & vt longinqua tela, & saxa, sine vulnere circa galeas crepitantia. Iniurias vero vt vulnera, alias armis, alia peccati infixa, non deiectus, ne motus quidem gradu, sustineat. Etiam si premeris, & infesta vi vrgeris, cedere turpe est. Assignatum a natura locum tuere. Queris quis sit hic locus? Vri.

Cum ergo velimus nolimus, sine rebus amori proprio hominum displicentibus, esse in hac vita nequeamus, faciamus iuxta consilium S. Antonij, & Chrysostomi, Ex necessitate virtutem, & exemplo S. Pauli primi Eremitae, Necessitatem in voluntatem vertamus, & aequo animo fetamus, quaecunque displicent amori proprio. Hac Christus, inquit S. Chrysostomus, te vult voluntarie gerere, quae per necessitatem oportet te facere. Quae proterus, inquit, necessarium est pati, propter me pati malis. Quod si scire cupis, qualiter poteris non subuerti a tribulatione? Respondet idem alio in loco: Si cogitaueris quod siue velis siue nolis, illa tum patieris; sed si grate quidem, maxima lucraberis; si vero egrè ferens, neque calamitatem ita minorem facies, & maiorem reddes procellam. Hac itaque cogitantes, quod necessitatis est; hac nostrae voluntatis esse faciamus, casum generose ferendo, Domino benedictionem referendo: ita mala non voluntarie illata, tibi fient liberae merita voluntatis. Idque tanto magis, quia Christus Dominus, neminem ab hac conditione excipit, sed dicit omnibus: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Alioquin, vt habemus ab eodem dictum, Qui non accipit crucem suam, & sequitur me non est me dignus. Ego, inquit S. Chrysostomus, solus Christi verbis acquiesco, dicentis: Angusta & arcta via est, quae ad vitam ducit. Quod autem per angustam viam latere non possit, omnibus profecto liquet. Si enim in exterioribus certaminibus, nullus absque sudoribus coronam referre potest, atque id, cum eiusdem natura confortem habeat aduersarium, vbi nobis virtutes ille nequam oblaentur, quomodo sine summis laboribus pressurisq; & angustis, illorum insaniam superare poterimus? Quocirca merito S. Gregorius scripsit: Retributionis aeterna gaudium, nequaquam in calo colitur, nisi prius in terra cum fletu, & gemitu, & amaritudine seminetur, sicut scriptum est: Eantes ibant & flebant, mittentes semina sua; venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Tempus autem vitae huius est tempus sementis, vt ait S. Chrysostomus, in quo, die sola, licet pariter & semi-

I. quod in Sapientia non cadit iniur. c. 19.

194. h. 64. ad pop.

191. S. Ath. c. 15. vit. S. Chr. S de tele. rand. S. Hier. in vita Pauli. h. 47. ad pop.

h. 64. ad pop.

192.

Luc. 9. 13. non est me Matth. 10. 38.

in Pl. 3. Pl. 12. 5.

h. 21. ad pop.

na

na spargere, & messem facere. Ante seminationem autem & messem ager aratri scindendus est.

Secundum incitamentum

193. ESt multitudo peccatorum nostrorum, quae meretur quotidiana flagella. In multis enim offendimus omnes inquit S. Iacobus Apostolus. Ut autem docet S. Gregorius, ponderans illa verba Job: Sciens, quod non parceres delinquenti. Delinquenti Dominus non parcat quia delictum sine ultione non deserit: aut enim ipse hoc homo in se panitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans punit. Si non puniat, puniendum est. Nam, ut scribit S. Chryostomus, semper quidem timere oportet peccantes, maxime vero cum graue patimur nihil: cum enim particulares penas exigit Deus, leuiter nobis facit ex his retributionibus: cum autem in singulis peccatorum longanimitate agit, ad magnam in talibus permanentem ultionem seruat. Nam si bene uiuentibus necessarium est tribulari, multo magis peccantibus. Vide saltem quantum nactus Pharaon longanimitatem, extremas de omnibus dedit penas. Exigit autem penas frequentius per mollia quidem & tenera, sed per molestissima, nostro amori proprio flagella linguarum. Ob quae S. Chryostomus, nos, ait, Nunc peiora pati his quae Paulus Apostolus perpeffus est: Eum enim Iudaei, inquit, lapidibus cadebant, sed nunc uerbis, lapidibus durioribus ferimur. Sed, ut ait S. Gregorius, Tunc illata conuicia bene toleramus, cum in secreto mentis, ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe uidebitur quod iniuria praecutimur dum conspicimus, quia peius est, quod memur. Praesertim quia, loquendo humano more, pius Deus patitur, peccata nostra tolerando, non puniendo, quam nos patiamur in hac uita. Pulchre hoc obseruauit insignis ex S. Dominici Familia Scripturae interpres Olearter ponderans illa uerba Ilaiae c. 43. 24. Seruire me fecisti propter peccata tua, praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis, quae lic uertit ex Hebraeo: Seruire me fecisti propter peccata tua, laborare me fecisti: in iniquitatibus tuis. Deinde subdit: Quam nihil sint ea, quae propter Deum facimus aut patimur, & quam multa & graua quae ipse patitur pro nobis, optime hic nobis ostendit. Plus enim Dominus suo modo laborat, peccatum unum nostrum, etiam minimum, serendo, quam sint omnes labores quantumcunque graues, quos ferimus propter peccata nostra. Expende quantum malum peccatum sit, quod facit Deum laborare & seruire. Dominus laborare dicitur in peccatis nostris, dum ea sustinet, nec statim punit. Talis reflexio tempore tribulationum, iudicio S. Augustini, est propria iustorum. Vulgus hominum, inquit, iniuste se putat tolerare, quae patitur: at uero uir iustus, qui se ipsum statim in exordio sermonis accusat, iustitiam Domini praedicat, quod meritis suis digna patiatur. Agnouit hoc & Seneca: affecti sumus pena, succurrat, non tantum quid patiamur, sed quid fecerimus. In consilium de uita nostra mittamur. Si uerum ipsi nobis dicere potueri-

mus, plura licet nostram estimabimus. Si uoluerit equi omnium rerum iudices esse, hoc primum nobis suadeamus, neminem nostrum esse sine culpa. hinc enim maxima indignatio oritur. Nihil peccauit, nihil feci. Imo nihil fateris. Indignamur aliqua admonitione aut coercitione nos castigatos, cum ipso tempore peccemus, cum aduicimus malefactis arrogantiam & contumaciam. Quis est iste, qui se proficitur omnibus legibus innocentem? Qui hoc animi sensu excipit ictus Dei, per linguas & epistolas hominum criticorum flagellantis, rem offert Deo ualde acceptam, & subtilem quandam, ac non uulgarem gratiarum actionem. Vis agnoscere, ait S. Chryostomus, quem admodum uere Deo gratiae referantur, audi tres pueros in medio ignis loquentes: Peccauimus, inquit, quae regimus. Hoc est enim referre gratias Deo: peccata ei propria confiteri, ut cum se aliquis reum mille fateatur malorum, nulla tamen satis magna se pro his arbitretur ferre supplicia. Quae tamen a quo animo tolerando, suorum consequitur abolitionem peccatorum. Ideo S. Chryostomus, Nonne, inquit, debes habere gratias, quod per beneficium inimico collatum occasionem nancisceris, ut apud Deum tibi fiducia fores referentur, & peccatorum tibi fiat absumptio: Et quis sana intelligentia, inquit S. Gregorius Papa, de percussione sua ingratus existet, si ipse sine flagello non exit, qui hic sine peccato uixit? Quocirca, ut monet S. Chryostomus, Cum cogitauerimus, quae passi sumus a conferuis, cogitemus, quae fecimus in ipsum Dominum, & metu propriorum criminum, iram de alienis delictis collatam facillime poterimus summouere. Si enim meminisse oportet delictorum, propriorum tantum meminisse oportet. Quod si propriorum memores fuerimus, nunquam aliena delicta suppeditabimus: contra, si illorum obliuiscamur, ista facilius obuersabuntur nostris cogitationibus &c. Quocirca quilibet nostrum suorum peccatorum conscius, dum persecutiones patitur, dicat cum S. Bernardo: Vapulem sane, vapulem, ut male operans, si forte uerbera in merita repententur: sortastis miserabitur flagellato, qui bonum in me non inuenit quod remuneret: sponsus Ecclesia Iesus Christus. Quocirca merito Saluianus, indicat, peccata hominum, esse orationem quandam, & quidem clamoratum & importunam, quam impetramus, & quam extorquemus mala, quibus ferimur a Deo. Scilicet, quia cedi aures suas dicit Deus clamoribus peccatorum, ne differatur poena precantium: & uere clamor, & grandis clamor est. Probat utique nobis Deus, quod ipse eos noluerit perdere, sed ipsi extorserint, ut perirent. Debita itaque delictorum, inquit B. Laurentius Iustinianus, bonorum omisio, gratiarum numerositas, Sanctorum exempla, & promissa felicitatis sedulo rummimanda sunt premia. Istiusmodi enim cogitationibus humana mens in poenis fit hilari, & in omni probata uirtute sublimis.

Sed alia ratione, peccata nostra exigunt tribulationes, non tam ut illa puniantur in nobis, & ut Deo pro illis satisfiat, sed etiam, ut corrigamus nos, & ea uitemus deinceps. Quod praeclear

197. hom. 3. in Matth.

198. h. 71. ad pop.

199. 3. p. Past. Adm. 13. Ser. de debitore 10000. talentor.

Ser. 44. in Cant.

l. i. de gubern. Dei.

de inter. con. c. 6.

mod. in
denté
o cadit
t. c. 19.
194.
195.
196.
197.
198.
199.
200.
201.
202.
203.
204.
205.
206.
207.
208.
209.
210.

1.3. ep. 280.

clare sic explicat S. Iſidorus Peluſiota : Minimè fieri poſſe arbitror , vt inimicos probi viri non habeant. Nam ſi in Philoſophica vita curriculo offendunt, ab inimicis vitilitate capiunt. Perſepè enim obortum maledictum , animi morbum, aut ignoratum, aut neglectum curauit. Et ita probi & clari viri , aut veris amici, aut acribus & inflammatis inimicis, opus habent. Illi ſiquidem admonendo, iſti verò conuiciando, à peccatis auertunt.

Tertium incitamentum

200. h. 59. ad pop. Baſ. Conſt. Mon. c. 21. par. a. 1. Chr. h. 69. in Mar. & h. 56. ad pop. in it. Th. S. 126. & S. 100. Luc. 9. 23. Gal. 6. 14. Baſ. conſt. mon. c. 21. Mac. in hiſt. Lauſ. c. 20. & alter tr. 17. Dor. S. 1. Caſ. l. 4. cap. 34. Luc. 14. 27. in Pl. 83. 201.

Ruff. l. 3. num 86. Pelag. l. 15. n. 17. Roſvecy. p. 113. & 623. a. 7. L. 5. libel. 15. a. 17. gr. 1. Opulc.

Vit. c. 40. pag. 472.

Et ſtatus vitæ Religioſe, quæ eſt ſtatus afflictionis & crucis. Monasteriū, inquit S. Chryſoſtomus, eſt lugendi domus : quam ob cauſam S. Baſilius, & S. Ephrem, & S. Chryſoſtomus, & S. Theodorus Studita Religioſos appellant Crucifixos : & S. Theodorus Studita vitam Religioſorum, vocat crucigeram. Nam ſi omnes, etiam ſeculares, vt Chriſtus ait, quotidie crucem ſuam portando, debent ſequi Chriſtum, multò magis Religioſi, quibus, vt ait Apoſtolus, mundus crucifixus eſt, & ipſi mundo. Quæ verba, religioſis potiſſimum conuenire, docent S. Baſilius, S. Marcellinus, S. Dorotheus, & Abbas Pynufius apud Caſſianum. Quæ quidem crucis, hoc eſt, rerum amoris proprio diſplacitum, baiulatio, adeò neceſſaria eſt cuius, qui vult eſſe Chriſti Diſcipulus, vt Chriſtus noſter Magiſter proclamari: Qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Ideò, inquit S. Auguſtinus: Quoniam dictum eſt: Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore. & prepara animam tuam ad tentationem; accedens quoque ad ſeruitutem Dei, ad torcular ſe veniſſe cognoſcat. Tribulabitur, conteretur, comprimetur: non vt in hoc ſeculo pereat, ſed vt in apothecis Dei deſinat : tanquam vinum laticans cor Dei ex vna in torculari tribulationum expreſſum. Meritò ergo interrogantibus quibuſdam fratribus Abbatem Moſen ſermonem, ille hortatus eſt diſcipulum ſuum Zachariam, vt eis aliquid diceret: Tunc ille, pallium ſuum depoſuit ſubtus pedes ſuos, & conculcauit illud. & dixit: Niſi quis ſic fuerit conculcatus, Monachus eſſe non poteſt. Monachus enim, vt ait S. Climacus, eſt perpetua natura violentia : & ſtatus religioſus, vt docet S. Thomas, eſt ſtatus penitentie. Non poteſt autem eſſe penitentie, ſi quis nil patitur, & quòd plura patitur, eò eſt perfectior in illo ſtatu. Atque ita Dominus in magnà quadam perſecutione, quam à domeſticis patiebatur noſter P. Balthazar Aluarius in ſuo Reſtoratu, in ſacro pro eius ſolatio dixit hoc inter alia: Si Religioni huiusmodi ſel deſſet, quid tibi mei cauſa ſerendum ſuper eſſet? & tunc mihi occurrebat, quòd ſi ego eſſem qualis deberem, debuiſſem potius ſimiles ſellis hauſtus, imò etiam amariores optare: & ſi huiusmodi diſſilia & ingrata vita iuſti deſſent, idem eſſet, atque ſi Chriſti Domini corona, ſpina deſſent, aut auri cuspides, preioſa veſti. Qui ergo ſtatum religioſum amplexus eſt, expectet ſel ad

uerſitatum, & dum inuaduntur & propinantur ab hominibus, libenter eas pro Deo bibat. Praſertim, quia vt ipſe continè in ore habebat, Religio eſt ſchola mortificationis & quòd venerimus ad eam, 634. vt ſcientiam diſcretem facienda crucifixos.

Quartum incitamentum

Es, quia per aduerſitates purgatur iuſti animus à culpis peccatorum, & præſeruat tanquam per pedagogum noſtrum, vt ait S. Chryſoſtomus, id fuſè ibi ostendens, vt etiam tum liberatur & mundatur. Quod enim ignis eſt auro, inquit S. Chryſoſtomus, hoc eſt animi tribulatio, ſordem abſtergens, faciens mundos, claros reddens & ſplendidos. Pulchrius hoc ipſum alibi expreſſit: Quem admodum ignis auro adnotus, probius illud eſſicit, eodem modo calamitas animos aureos ſubiens, puriores eos ac præſtantes reddit. Hoc ipſum multò antè docuit Spiritus Sanctus: Pius & miſericors eſt Deus, & remittet in die tribulationis peccata. Si inimicus opprobrauerit tibi crimen, inquit S. Chryſoſtomus, cuius tibi conſcius es, tu verò audiens, non conuiciaris ipſi vicium, ſed cum amaro gemitu Deum imploras, protinus omnem culpam depoſuiſti. Rogo quid hoc eſſe poterit feliciter: quid ad criminum abolitionem facilius: Publicanus in rapinis & violentiis vita tempus omne conſumpſerat, Phariſæus ad omnem peruenerat iuſtitiam, vt qui facultates ſuas diſiparet in pauperes, aſſidueq; ieiunaret, purus à rapinis: At publicanus deſpectus à Phariſæo non regeſcit contumeliam, neque vicium dixit conuicium, ſed amare ſuſpirans peccati, percutiens hoc tantum dixit: Propitius eſto mihi peccatori, & deſcendit iuſtificatus. Vides celeritatem. Accepit probrum, & abluit probrum, & criminum accuſatio facta eſt illi criminum remiſſio: & hoſtis, inſciens factus eſt beneficus. Quot labores erant Publicano ſubeundi, ieiunando, humi dormiendo, vigilando, bona ſua egenis impartiendo, longo tempore in ſacco & cinere ſedendo, vt illa tam multa peccata poſſet deponere? At nunc, cum nihil tale fecerit, ſimplici verbo omnem depoſuit iniquitatem ac probra conuiciat, Phariſæi (qui videbatur contumelia eum afficere) pepererunt illi iuſtitie coronam, idque ſine ſudoribus, ſine laboribus, & abſque longi temporis mora. Vides quantum adferat vitilitatis, inimicorum exprobatio, (etiam ob vera crimina) ſi modo eam philoſophico pertuleris animo. Hæc S. Chryſoſtomus. O ſeruum illum beatum, l. de pati. exclamat Tertullianus, cuius emendationi (per tribulationes) Dominus inſtat, cui dignatur iriſci, quem admonendi diſſimulatione non decipit! Pulchre hoc cap. 11. in Pl. 33. explicat S. Auguſtinus, ponderans illa verba: Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures ad preces eorum: Noli, inquit, timere oculos Domini, ſuper te ſunt, & aures eius. Quid vis amplius? Si murmurantem ſeruum in domo magnà non audiret paterfamilias, quæreretur & diceret: Quanta nos hic patimur, & nemo nos audit? Nunquid deus illud de Deo, quanta hic patior, & nemo me audit? Si audiret me, forte dicis, tolleret mihi tribulationem: clamo & tribulor. Tantum tu tene vias eius,

eius. & quando tribularis audit te. Sed medicus est. ad-
huc putre habes. nescio quid. Clamas. sed adhuc fecat. &
non tollit manum. nisi secuerit quantum videtur: Et
enim medicus crudelis est: qui exaudit hominem, &
parcat vulneri & putredini. Matres quomodo fricant
in balneo ad salutem filios: nonne parvuli clamant in-
ter manus earum: ille ergo crudelis sunt, vt non par-
cant, non exaudiant lacrymas: nonne plena sunt
pietate: Et tamen clamant pueri, & eis non parcitur.
Sic & Deus voster plenus est charitate, sed idco vi-
detur non exaudire, vt sanet & parcat in sempiter-
num.

Sed quamvis omnes aduersitates à iustis æ-
quo animo toleratæ multas in cælo eis com-
parent coronas, vt plurimum tamen, non pro-
pter coronas immittuntur à Deo. sed vt à pec-
catis, tanquam ab animi morbis per eas pur-
gentur. Etenim Deus, inquit S. Basilus, cum
medicus sit humanorum animorum, pro naturâ mor-
borum, medicamentorum etiam ad singulos apposi-
tam temperat vim, que quando opus sit, intimum
etiam penetrans vitium, per purgare queat. Proinde,
cum id ita se habere planissime intelligamus, à gra-
tiam actione nunquam desistamus: esto dum à ne-
gligentibus, aut à malis nostris per purgamur, acro-
rem aliquando medicinam experiamur. Illud autem,
tentationis & probationis causâ aliquid pati, raro-
rum admodum hominum est, & abraha similitum.
Vnde S. Chrysostomus ait: Ille præsertim beatus
est, qui hic penas luit, vt peccatis omnibus depositis,
probatu migret, & mundus ac infons. Itaque cum
rebus aduersis premimur, gaudeamus, hoc enim est
peccatorum expiatio. Quocirca Christus Domi-
nus, excitans dilectam famulam suam B. Bapti-
stam Veranam Ordinis S. Francisci ad amorem
crucis, dixit ei: Cognosce te esse magis obligatam illis
qui tibi malum fecerunt, quam ei, qui bonum; ille enim
persona sunt, que purgant animam tuam, & pul-
chram faciunt, gratiosam & acceptam in conspectu
meo. Hinc Deus quos non amat, sine cruci-
bus iucundè viuere sinit, & in suis sordibus
imponè volutari. Si quis scire velit plenius, in-
quit Lactantius, cur malos & iniustos Deus, po-
tens, beatos, & diuites fieri sinat: pios contra hu-
miles, miseros, inopes esse patiatur; sumat eum Se-
neca librum, cui titulus est: Quare bonis viris mul-
ta mala accidant, cum sit providentia: in quo ille,
multa, non imperitiâ seculari, sed sapienter ac pe-
nè diuinitus elocutus est. Deus, inquit, homines pro
libero habet: sed corruptos & vitiosos, luxuriose ac
delicate patitur viuere, quia non putat emendatione
sua dignos. Bonos autem, quos diligit, castigat sæ-
pius, & assiduis laboribus ad vsum virtutis exercet,
nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi ac de-
pravari sinit. Vnde nemini mirum videri debet, si
pro nostris sæpè delictis, à Deo castigamur: imò verò
cum iactamur ac premimur, tum maxime gratias
agamus indulgentissimo Patri, quod corruptelam no-
stram non patitur longius procedere, sed plagis ac
verberibus emendat: Ex quo intelligimus, esse nos Deo

cura, quibus, quia peccauimus, irascitur. Hæc La-
ctantius ex Seneca. Et hæc quoque est causa
prolixæ tribulationis ac diuturnæ. Nam quem-
admodum cum in conflatorem fornacem aurifex au-
rum iniecerit, inquit S. Chrysostomus, tandem
illud ab igne examinari sinit, quousque purius vide-
rit euasisse; ita quoque Deus, tandem hominum ani-
mas probari malis permittit, quousque pura fierent,
ac splendida, multamque ex illâ exploratione vtilita-
tem perceperint. Itaque hoc quoque beneficentia ge-
nus est maximum. Quod si quis angatur eam ob
causam, quod putet, ob sua peccata immittas
tribulationes à Deo, huic ponderanda sunt ver-
ba S. Chrysostomi: Atqui, inquit, gaudere po-
tius, & meliore animo esse debes, quod hic peccata
tua tibi remittantur, ne cum seculo isto damneris.
Qui enim dolet, non quia cruciatur, sed quia offen-
dit Deum, dolere debet. Peccata enim separant à no-
bis Deum: cruciatus verò nobis illum reconciliat, præ-
paratque propitium ac propinquum nobis fieri. Quod
autem non sit peccatorum tuorum retributio, sed
coronarum potius præmiorumque materia, sudor iste
tuus ac dolor, hinc sanè manifestum est: Si enim prius
turpiter ac luxuriose vixisses, atque ita te ad Mona-
chorum conuersionem contulisses, ne sic quidem hæc
suspicio locum habuisset. Nam si ob hoc penas in-
ferri, vt in malis perseverantes ad penitentiam pro-
uocet, ostensa penitentia, superflua iam erit pena. In-
tantum enim abest, vt nos punire velit Deus, vt cum
sepenumerò poenis digna faciamus, summaque conuer-
sione opus habeamus. comminatione solam verbiq; ter-
ribilibus nos castigare malit: idq; facile quispiam ani-
maduerter, & in Israhelica plebe & in Ninivitarum
Ciuitate. Non solum enim supplicia intentata non
intrulit, cum penitentiam ostenderent, sed & minas
ipsas remouit. Longè enim vult ipse, nihil nos pati mali,
quam nos ipsi: nullusq; sibi ita parceret libenter, vt om-
nibus Deus. Deinde, is qui sapius peccantes, verbis
tantum extirret, nec punit penitentes, eosq; hæc for-
midine liberat, te, qui tanta religionis, tanta virtu-
tis & probitatis indicia præ te tulisti, non solum his
minis, & hoc terrore non eripuit, verum opera ipsa
supplicii exposuit. Et quomodo credi hoc potest, etiam si
prior illa tua conuersatio corruptissima fuisse ac per-
dita. Cum verò deterior illa non fuerit, quam præsens
sit, ornata tamen & ipsa, summaque honestate pollens,
profectò nobis omni ex parte constabit, colluctationes
has tuas, coronarum tibi, maiorisq; gloriæ occasionem
esse. Quibus similia tradit homil. 32. in Genes.
col. penult.

Pulchrè declarat hanc vtilitatem à tolera-
tis crucibus manantem, S. Ioannes Clima-
cus: Ipsa, inquit, tibi plebeia vox persuadeat, pro-
brum & contumeliam, lacrum esse vitorum ani-
ma. Solent enim seculares, cum aliquem in faciem
ignominis & contumelias resperferint, gloriantes ad
alios dicere: Laui illum. Quod profectò verum est. Ideò
paulò antè S. Climacus Monasterium appel-
lauit, Salutarem sillonum officinam, in qua dum Mo-
nachus contumelias & ignominias, & fratrum vexa-

S. in para-
lyt.

204.

13. de
prouid.

gt. 8.



tionibus extenditur, atque intellectualiter pulsatur. forsataque verò etiam sensibiliter. calcibusq; tunditur, & calcatur. sordes. que anime vestes maculauerant, diluuntur. Et, vt S. Gertrudi reuelauit Dominus, & ipsa scriptum reliquit: Quid vniuersalior & grauior est passio, eò puriorem clarificationem anima prestat. Et specialius afflictio, vel exercitatio cordis in humilitate & patientiâ & similibus, tantò magis anime candorem colorant, quantò eam vicinîus, efficacius & propius tangunt. Gracitas tibi amator hominum, qui hoc modo aliquoties me ad patientiam alexisti. Ipsi Ethnici hanc veritatem agnouere. Si corporum medicinam exercentem, inquit Simplicius, ex mente Epieteti, prentem, membra refecantem, & planè sanos carnis fices imitantem, malum non dicimus, sed bonum, si Medicis cum gratiam habemus, tum mercedem numeramus, cur in medicinâ Dei non acquiescimus? Neque enim iracundè, nec vindictâ cupiditate, nec præter meritum, nec nocendi causa quicquam horum facit Deus, sed instar Medici & curatoris & parentis, & ad maximam vtilitatem nostram, & (quo vno verbo rem complecti totam licet) pro suâ Diuinâ bonitate. Multiformis autem est Dei medicina, vt qui alios morbis, inopia, ignominia, alios pestilentia fame, terra motu, inundatione, naufragio, bello, alios penis humanitus inflictis medicetur. Neque verò mala hæc sunt, sed bona: siquidem medicari bonum est.

Quintum incitamentum

205. **Q**uia per cruceſ etiam pœnæ peccatis iustorum debita remittuntur, & materia pœnis purgatorij subtrahitur. Patiens, vt ait B. Laurentius Iustinianus, sapienter agit, vt debita sua soluat. Nihil enim de suo in soluendo expendit, sed facit, vt hostes sui pro se soluant. Illas enim ab eis iniurias sustinens, dicitur abundè, sicq; fit, vt contumelias magis gratia quàm ira debeatur cum earum interuentu, Deo iudice, & pœna grauior declinari posse confidatur. & ingentes thesauri in conscientia per patientiam recedantur. Patientia hominem Martyrem facit. Proinde purgat à peccatorum pœnis, vt martyrium. Ea enim, inquit S. Chryl. que nobis in hac vitâ inferuntur supplicia, diuinitus, futurorum cruciatu partem haud exiguam succidant. Et quantò magis, inquit idè alio in loco, de hac ipsa re differens, quantò, inquam, magis aurum inflammatur, tantò etiam purius redditur. Imò possunt sepe omnem pœnam succedere; quòd probat ex èplo Lazari, à cruciatibus vitæ alterius per mala vitæ præsentis tolerata, præseruari. Nam, vt ait S. Gaudentius Episcopus Brixie, Idcirco pudicè conuersantem Dominus nunc tribulationum & agrietudinum flagello castigat, ne in illo sordium aliquid futuris ignis inueniat: sed vt per exiguas plagas, breuissimi temporis, ab omnibus purgatus maculis, securus ad æternam migrare requiem mereatur. Quà de re pulchrè differit S. Cæsarius Arelatensis. Dum exterior afflictio voluntaria distractionis inferretur, tremendi iudicij offensa sedatur: & ingentia debita labor soluit exiguus, qua vix con-

sumpturus erat ardor æternus. Habet magnum & salubre purgatorium, inquit Thomas de Kempis, patiens homo, qui suscipiens iniurias, plus dolet de alterius malitiâ, quàm de suâ iniuriâ qui pro contrariantibus sibi, libenter orat, & ex corde culpas indulget: qui facilius misereatur, quàm irascitur. Et alibi: Si dixeris te non posse multa pati, quomoddò tunc sustinebis ignem purgatorij: De duobus malis minus est semper eligendû. Pulchrè hanc veritatem declarauit Beatissima Virgo Maria S. Brigittæ, Deus, inquit, est sicut optima lotrix, que pannum immundum ponens inter procellas, vt ex motione aqua fiat purior & candidior, diligenter cauet iclus vndarum, ne submergatur pannus. Sic Deus ponit in presenti amicos suos, inter procellas paupertatis, & tribulationis, quibus ad æternam vitam purgantur, custodiens eos diligenter, ne vel nimia tristitiâ vel tribulatione intolerabili demergantur. Alia similitudine hoc ipsum explicat S. Nilus, docens expurgari animam per tribulationes, tanquam per fullones. Ne recuses, inquit, imitari fullones, qui etsi calcando tundunt, nihilominus tamen ab eis albescit vestis, Vestem ergo te puta esse, aduersarios tuos, fullones, qui te suis linguis, & aliis modis, tundendo, coram Deo dealbant, & à peccatorum fecibus ac reliquiis, post ablatis aliis modis culpas, expurgant, & mundum reddunt, aptumque, vt tunc, si moreris, rectè eas ad cælum, sine purgatorij flagellis. Idè meritò idem S. Nilus alio in loco ait: Si ignominia affectus fueris, gaude si iniuste, merces tua copiosa erit: Si verò iuste & si respueris tam liberatus es à flagello.

Ignis enim tribulationis, vt ait Abbas Serenus apud Cassianum, omnem cordis iustorum excoquit scoriâ in presenti, vt eos tanquam argentum vel aurum ignatum, ad illam perpetuitatem, nullâ indigentem purgatione transmittat. Et excoquam, inquit, ad purum scoriâ tuam, & auferam omne stannum tuum. & post hoc vocaberis ciuitas, vrbis fidelis: Et iterum, sicut probatur argentum & aurum in camino ita eligit corda Dominus. Et iterum, Aurum & argentum probat ignis, vir autem probatur in fornace humilitationis. Et illud quoque: Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Hæc Abbas Serenus. Magnum autem & valdè expectandum beneficium est, euadere pœnas purgatorij: siquidem, vt ait S. Augustinus, Grauior erit ille ignis, quàm quidquid homo potest pati in hac vita. Quod etiam afferit S. Anselmus, S. Thomas Imò S. Cæsarius ait, ignem purgatorij duriorē fore quàm quicquid pœnarum in hoc seculo potest aut cogitari, aut videri, aut sentiri. Vt mirum non sit B. Mariam Magdalenam de Pazzis, eodè tam diuinitus dixisse: Omnia tormenta, que passi sunt tot Martyres, esse instar amœni horti respectu pœnarum purgatorij. Sanè S. Thomas docet, pœnas purgatorij esse acerbiores Christi Passionis, quamuis Christi Passio quoad omnia cõsiderata excesserit dolores Martyrû, vt idè dixit. Sicut ergo tollerare omnia profus, quæ amor proprio displicerit, si certò & infallibiliter scires, te ob peccata

l. 2. c. 14. in fin. diu. piet.

ad c. 13. Epiet.

l. de pat. cap. 2.

l. de pion.

ep. ad Olymp.

Præfat. ad Bon. in suos tractatus.

hom. 1.

l. 1. de in. c. 24. u.

l. 3. c. 11. num. 1.

l. 1. Reu. cap. 30.

c. 13. de orat.

param. n. 12.

Coll. 7. c. 25.

206. in PL. 7.

1. Anselm. cap. 3.

1. Cor. Th. 4. d. 21. q. 1. a. 1.

q. 3. ad 3. & Opus. 61. de beat. c. 1.

Cæs. l. 3. 2. p. vit. cap. 13.

3. p. q. 46. a. 6. ad 3.

4. d. 20. q. 1. a. 2. 3. p. q. 46. a. 6. ad 1.

tua debere vti in craticula simili S. Laurētij craticulae, & in igne lēto manere perpetuō, per dies saltem aliquot; ita nunc tolera pro Deo omnia quae displicēt, vt euadas pēnas purgatorij, quas multi iusti per multos annos in purgatorio patiūt. Quod si eis liceret exire ex purgatorio, & maiorum afflictionum, quā tu perpetiaris, per centum annos toleratione, etiam vnicā horam, & vltimā illarum pēnarum redimere, libentissimē se offerrent ad id, imō & ad omnia tormenta, quae vnquā passi sunt latrones & Martyres: liquidē, pēna purgatorij (vt ait S. Aug. & Venerabilis Beda) ignis, excedit omnes pēnas, quas aliquis in hac vitā passus est. Magnū igitur beneficium est hic multa pati, ne grauiora in alterā vitā pati cōtingat. Ideō, vt notat S. Greg. Sancti hic tristabantur, si hic non castigabantur à Deo, timebāt enim nepena pro alterā vitā referuaretur. Quocirca B. Ludou. Bertran. suorū defectus grauibas castigabat pēnis, ita, vt dies Craticula, vt vocant, videretur ac timeretur tanquā dies iudicij. Causam verō tantae seueritatis reddebat, ne sui hic non puniti, grauioribus multō pēnis in purgatorio cruciarentur. Cogitemus ergo, vt monet S. Chryl. cum iniuste aliquōd patimur, quia scilicet pro illis iniuris nobis, remissionē accipimus omnium peccatorum, aut si in nobis tanta delicta non fuerint, clarioribus honoremur coronis. Quocirca meritō ait Thomas de Kēpis: Si futurus purgatorij pēnas cordialiter penderes, libenter laborem & dolorem sustineres, & nihil rigoris formidares. Ideō nosfer P. Balthasar Aluar. de afflictionibus huius vitae scribēs ad quandam nobilem Dominā infirmā, ait: Deus nosfer, qui non bis punit id ipsum, cum semel id facit, expurgat de solatione temporalī, quod fuisse aeterno igne puniendum, & abluat aquā rosacea, quod fuisse sanguine crudelibus cruciatibus effundendo, purgandum.

Sextum incitamentum

EST, ad ferendas aequo animo crices amori proprio displicentes. Quia sic toleratae, ditāt animam & conferunt ac valdē augment thesauros eximios meritorum in hac vitā, & gloriae in alterā. Ea est afflictionis natura, inquit S. Chryl. vt eos qui eam placido ac strenuo animo serunt, rebus acerbis superiores ac diaboli celis sublimiores reddat, insidiasq; aspernari doceat. Siquidē & arbores, quae in vmbribus aluntur, maiorem molliciem contrahunt, atque ad fructuum procreationem minus commoda redduntur: quae autem aëris inconstantiam experiantur ac ventorum impetus, ardentēq; solis radios excipiunt, plus roboris hinc colligunt, & solis abundant, ac fructuum copiam curuātur. Alia similitudine hoc declarauit B. Angēle de Fulgino Vitē suae c. 20, aliās 65. Sicut bona terra bene preparata adueniente pluuiā germinat & fructificat, ita anima adueniente tribulatione crescit in virtutibus. Donec rationalis spiritus in hoc mortali constitutus est corpore, quamdiu peregrinatur, à ciuitate Sanctōrū, inquit B. Laur. Iustin. promissionibus su-

stentatur & donis. Promissio namq; vires operatio ministrat, donū autem dilectionis nutrit flammā. *On ne opus, inquit S. Aug. leue fieri solet, cum eius pretiū cogitatur; & spes praemij, solatiū est laboris. Patientia autē, inquit B. Laur. Iust. aedificat coronam aeternam.* Ideō S. Ambr. ait, Paulū persecutionem passum sustinisse, quia vincebat & mitigabat humanum affectum proposita mercedis gratiā, vt filius Dei fieret, si dilexisset inimicam. Cum S. Gertr. peteret à Domino, cui rei intendere deberet, Dominus respondit: Volo vt addiscas patientiam, erat enim pro aliquā causā valdē turbata. Ad quod illa: Et quomodō, aut per quid addiscere posset? Tunc Dominus proposuit ei tria, quae ipsam ad patientiā deberent animare, dicens: Primō perpende quantā familiaritate notetur à Rege, qui sibi in omnibus pra aliis maximē assimilatur. Et inde aestima, quantum affectus meus crescat erga te, ex eo quod propter me similitē mihi contumeliam pateris. Secundō perpende, quid familiarissimus Regis & in omnibus sibi simillimus, reuerentia obtineat à familiā: & inde aestima, quid tibi gloria in caelis pro patientiā preparetur. Tertiō, considera, quid amico conserat solatiij, fidelissimi amici blandiens compassio: & inde aestima, quā suauissimā blanditate ego ipse te sim leniturus in caelo, pro minimis etiam cogitationibus, quae te hic grauant. Et aliā vice, cum Domino dixisset, se nullā in se virtutem cognoscere, Dominus dixit: Scisne tamen hoc, quod aliquando detrahentiū diuersitate molestaris? Et illa: Scio, Domine, quia heu exigentibus culpis, proximus sapē sui causa scandali. Cui Dominus: Ergo singula detrahentiū verba, sume tibi loco virtutum, quibus exornata, peruenias ad me: & ego compassiua pietate meā compulsus, benigne suscipiam te. Et quāto plus conuersatio tua sine culpa reprobatur, eō amplius cor meum amatoriā blanditate tibi condescendit, quia per hoc efficietis mihi simillima, qui in operibus meis semper habui peruersores. Quamobrem S. Chryl. tribulationem vocat, causam infinitorum bonorum, & vt Dei fauorem assequamur. Maius namque est, vt idē alibi ait, cum quid cui auferitur, propter Deum aequo ferre animo, quā bene mereri. Quare & quoniam hic quidem est anime fructus & voluntatis, vnde facile fit, illud autem infestatio & violentia. Et facilius aliquis mille talenta voluntarius amitteret, nihilq; graue se passum esse putaret, quā tribus obolis iniuste priuatus aequē ferret. Hoc itaque magis est anima Philosophia. Ideoque hinc magna nascitur materia meritorum in terrā, & coronarū in caelo. Nulla res, inquit idē alibi, aequē splendoros & admirandos homines reddit, tantoq; bonorum aceruo cumulat, vt tentationum frequentia, & pericula, & labores, & maiores, & perpetuae insidiae, ab iis, à quibus minimē decebat comparatae, dum tamen omnia aequo & placido animo serantur. Quin ne filium quidem Iacob (Ioseph) quicquam perinde clarum ac beatum reddidit, vt illa in eum structa calūmia, & carcer, & catena, & hinc contracta erumna. Quāquam enim magna quoque pudicitia ipsius virtus erat, cum miseram illam faminam ad scelus atum concubitus eum vocantem propulsauit; at hoc tamen non ita magnum ac praclarum est, vt ea, quae perpeffus est,



accusatio, calumnia, carcer, catena. Tum enim clarior & splendidior cerno, quam cum in Aegypti solio sedens, frumentum egentibus tribuebat, & samem pellebat, & communis omnibus portus erat. Tum cum illustriorem cerno, cum eum compedes & manica vinciebant, quam cum in luculentis vestibus tantam potentiam ac tantum principatum obtinebat. Etenim illud carceris tempus, negotiationis & ingentis quaestus erat; hoc autem, luxus remissionisq; animi, atque honoris, multas quidem voluptates habens, at non item multum lucri. Ac propterea non tam eum suspicio atque admiror, cum honor ei a patre habetur, quam cum fraternam invidiam exagitur, atque cōubernales hostes habet. Ideo laxat Deus sepē habenas, & demonibus & hominibus, & internis nostris passionibus, vt & exterius & interius nunquā imploremur ob lucra meritorū. *Athleta Christi*, inquit Cassianus, in corpore cōmorantē, nunquā deficit colluctationum palma: Sed quantō magis triumphorum successibus creverit, tantō ei etiam colluctationum robustior ordo succedit. Subingatā etenim carne atque delectā, quantē aduersariorum cohortes, quantā hostium agmina, aduersum victorē militem Christi, triumphis eius instigata insurgunt: scilicet ne pacis otio miles Christi lentescens, incipiat obliuisci colluctationū suarum gloriosa certamina, ac securitatis inertiā dissolutus, premium stipendiis, ac triumphorū meritū defraudetur. Expentendæ sunt ergo aduersitatum pugna: nos infestantes, ob stipendia meritorum in hac vitā, & ob spem triumphorum in alterā. Si enim quodlibet opus bonum supernaturale iusti, etiam si factū sit facile, est meritotium, vt nos docet fides Catholica, multō magis, ceteris paribus, illi actus virtutum, qui in tolerantia aduersitatum includuntur, ob sui difficultatem & reptigantem naturā, seu potiūs amoris proprii, expugnationem (qui actus quidam heroicus est) magnam faciunt accessionē meritorum, & coram oculis Dei & SS. Angelorum, afflictorum animas, tanquam pretiosissimis gemis & lapidibus ornant, coronant, ac ditant. Ideo nullius operis pij præmium cum tantā verborū emphasi à S. Spiritu in sacra Scripturā exprimitur, quantā tribulationū benē toleratarum, etiam paruatarum, & quę videntur vix alicuius esse momenti. *Id quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostre, supra modum in sublimitate, æternum gloria pondus operatur in nobis.* Cum autē gloria cælestis correspondeat quantitati meritorum in hac vitā, hæc magna esse necesse est, quibus magnum correspondeat glorię pondus. Imō, vt ait S. Chrysost. *Quantū tribulationes incenduntur, tantū & retributiones ampliatur, imō verō & multō plus: Non enim condigne sunt passionis presentis temporis, ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Cum igitur bonum feceris, & contraria receperis, gaude & letare, maioris enim tibi retributionis materia est. Nec tantū (scribit idē) corporeæ plagę illata, sed etiā animi dolor, omni sermone sublimiores coronas affert, & quidē animi dolor magis, quam corporis, cum qui feruntur, animi gratitudinem adhibent.*

208.

l. j. c. 19.

2. Cor. 4.
17.209.
h. r. ad
pop.
Rom. 8.210.
ep. 2 ad
Olymp.
diac.

Quemadmodum igitur, si corpore lacerata verberibusq; concisa forti ac generoso animo id ferres, Deiq; gloriam hoc nomine predicares, ingentem hinc mercedem conquereris, eodē modō, cum hac animus tuus patiar, magna hinc præmia expecta. Hoc autē S. Doctor scribit de mærore, quem Olympias percipiebat, ex absentia Chrysofomi. Si ergo mæror ille magnas parat in celo coronas a quo animo toleratus, quantō magis res alia, magis molesteq; sepe lignum crucis, inquit S. Bern. vii. germinat, & balium sudat spiritualium charismatum: non est filie stris arbor: lignum vite est apprehendentibus eā, arbor fructiferā, arbor saluifera est: alioquin quomodō Dominicam occuparet terrā illam dico, pretiosissimam glebam, cui clauorum est infixā radicibus. Si non esset hæc pretiosior cunctis fructuosior vniuersis, nunquā plantaretur in horto, nec illam permetteretur vinea occupare. Declarat hanc vilitatem ex rebus aduersis, amori proprio displicentibus, sanctē toleratis prouenientē, S. Agnes S. Brigittę apparet: Veni filia & impone tibi coronā factam ex septem lapidibus pretiosis. Quid verō est corona, nisi probatio patientie, quę ex tribulationibus cōstat. & à Deo lapidibus adornatur? Primus igitur lapis corone est Iaspis, quē apposuit tibi ille, qui contumeliosē tibi dixit, se nescire, quo spiritu loquebaris: & esse tibi vtiliūs, more mulierum subtiliūs filare, quā de Scripturis disputare. Idē sicut Iaspis acuit visum, & accendit gaudiū in animo, intellectum illuminat ad spiritualia, mortificatq; animum à motibus inordinatis. Secundus lapis est Saphirus: & hūc tibi apposuit ille, qui saurabilia loquebatur in facie tuā, & in dorso detrahebat de te. Sicut igitur Saphirus est cælestis coloris, & seruat mēbra in sanitate, sic hominum malitia probat iustū, vt fiat cælestis, & seruat mēbra anime, ne superbia eleuetur. Tertius lapis est Smaragdus: hunc apposuit tibi ille, qui dixit, te dixisse ea, quę nec cogitabas, nec loquebaris. Idē sicut Smaragdus est fragilis ex se, sed tamen pulcher & viridis, sic mendacitatis annihilat, sed tamen pulchram facit animam, propter patientie remunerationē. Quartus lapis Margarita est: hunc apposuit tibi ille, qui amicum Dei præsentē te vituperauerat, ex cuius vituperio plus turbabaris quā de tuo. Idē sicut margarita est alba & pulchra, & alleviat cordis passionē, sic dolor charitatis introducit Deū in animam, compescitq; passiones ira & impatientie. Quintus lapis est Topazius: hunc apposuit tibi ille, qui amara loquebatur tibi, cui tu ē contrario benedixisti: ideo sicut topazius est aurei coloris, & seruat castitatem & pulchritudinem, sic nihil pulchrius & acceptius est Deo, quā ludentē se diligere, & pro perseque-tibus exorare. Sextus lapis est Adamas: hūc apposuit tibi ille, qui fecit tibi corporale damnum, quod patienter tolerasti, & noluisse eum dehonestare. Idē sicut Adamas non frangitur tusionibus, sed sanguine hirci, sic placet Deo, hominem obtulsi, & negligere propter Deum damnum corporale, & cogitare semper ea, quę Deus propter hominē fecit. Septimus lapis est Carbunculus: hunc apposuit tibi ille, qui falsa annuntiauit tibi, id est filium tuū Carolum esse mortuū, & patienter tulisti, committens voluntatē tuā Deo. Ideo sicut carbunculus lucet in domo,

211.
S. i. de
S. Aad.212.
l. 4. Recu.
cap. 114.213.
l. 47. ad
popul.l. 44. ad
popul.1. Cor. 4.
l. 2. ad
popul.

in annulo est pulcherrimus. sic homo qui patiens est, in amissione alicuius rei sibi charissima, prouocat Deum ad dilectionem sui & in conspectu Sanctorum lucet. & placet, sicut lapis pretiosus. Ideo filia sta stabilis, quia pro amplius. andã coronã tuã adhuc aliqui lapides sunt necessarii. Meritò ergo S. Chryf. nos excitat, vt tanquam ad magnas coronas accurramus, sic pericula Dei nomine obeamus, ac neque paupertatem, neque morbum, neque vexationem, neque calumniam, neque ipsam etiam mortem molestam grauemq; existimemus, quoties illa nobis pro eo toleranda fuerit. Nam si sapuerimus, summum ab eis, quae dixi, omnibus lucrum faciemus. Meritò etiam S. Catharina Bononiensis in libello diuinitus inspirato de armaturis, cum suas sorores Moniales adhortata esset, ad patientiam in afflictionibus, opprobriis, vituperiis, confusionibus, infamias, & ne crimina sibi obiecta diluant, ne se ab infamia liberent, subdit: He sunt vere & inestimabiles gemmae, ac pulcherrima ornamenta sponfarum. magnificentiissimi ac potentissimi Imperatoris Christi Iesu, qui ait: Per arctam viam incedat, qui ad me fontem veritatis peruenire desiderat. Beatus est terminus huius, et si arcta, via. Nam, vt ait S. Chrysolomus, in terra decertas, & in caelo coronaris; ab hominibus puniris, & honoraris à Deo. Duobus curris diebus, & in infinitis premiariis saculis: in corpore corruptibili lucta, & honore in incorrupto. Quocirca, vt idem alio in loco monet, Non consistemus aut egre feramus, sed cum omni virtute ingruentia feramus, non ad tribulationes, sed ad lucrum respicientes hinc nobis proueniens: haec enim spiritualis mercatura. Et si non pecunias colligere volentes, & hanc secularem exercentes mercaturam, non aliter rem propriam augere possent, nisi multa terra marisq; pericula sustinere (necessarium enim est, latronum insidias, & piratarum incursum sustinere) & prorsus omnia cum magna subeant promptitudine, propter lucri expectationem, nullum capientes tristium sensum. Eodem & nos modo diuitias hic nobis consuetas & spirituales cogitantes mercaturam, gaudere decet & exultare, nec quae videntur, sed quae videri non possunt, considerare. Sicut & Paulus monet dicens: Non considerantibus nobis quae videntur. Et hanc ob causam idem S. Doctor alio in loco ait: Non esse sublatum è medio demonem, sua perfuasione illecebris homines aggredientem, ne materiam absconderet coronarum, industriae, & probitatis occasionem tolleret; & ne complures illum superaturi, & clarissima victoria insignes futuri, tanto priuarentur honore, & vt eum deirent; qui fuerant prius ab eo superati, quod illi omni supplicio grauius & durius est. Et quamuis non omnes illum superaturi sint sua saecordia & negligentia, multò tamen melius esse, multoq; conuenientius, iustis occasiones suppeditari, quibus ad virtutem se exercent, voluntatemq; ostendant suam; eas verò qui non sunt huiusmodi, ex propria puniri negligentia, quam istorum causa, illis etiam coronas suas adimi. Diabolus nempe sibi ipsi, non nobis est malus. Nos enim si velimus, plura etiam commoda per illum, perq; illius nequitas consequimur, illo etiam inuito ac re-nuente. Quod ibi pulchre prosequitur. Beate et-

go monet S. Bern. Non contemnamus, Fratres, tribulationem: semen modicum est; magnus exinde fructus exurgit. Forte inspidum, forte acerbum est, forte granis sinapis: Non consideremus quae inueniuntur, sed quae non inueniuntur in eo. Quae enim inueniuntur, temporalia sunt; quae autem non inueniuntur, aeterna. Prælibemus primum gloriae gloriamur in spe gloriae magni Dei. Nō solū autem, sed, vt dicam expressius, gloriamur in tribulatione: In eā siquidem spes gloriae est, immò & ipsa in tribulatione gloria continetur, sicut spes fructus in semine, sic & ipse fructus in semine est. In hunc modum etiam modò regnum Dei intra nos est, thesaurus ingens in fictili vase, in agro vili. Est, inquam, sed absconditum est: felix qui ibi inuenit illud &c. Quam veraciter hunc thesaurum inuenerat, quoniam volebat inueniri etiam ab aliis, qui dicebat: Momentaneum hoc & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate, aeternum pondus gloriae operatur in nobis. Non dixit, Remunerabitur; sed Aeternum pondus gloriae operatur in nobis. Latet gloria, Fratres mei, abscondita nobis est in tribulatione: in momentaneo hoc lateet aeternitas, in hoc leui pondus sublimis & supra modum. Interim ergo festinemus nobis emere agrum istum, emere thesaurum istum, qui absconditus est in agro. Omne gaudium existimemus, cum in varias inciderimus tribulationes. Dicamus ex animo: Bonum magis ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. Cum ipso sum in tribulatione, ait Deus, & ego aliud interim requiram, quam retributionem: Porro non mediocri gloria in caelo manet hos, qui hic tribulantur: sed, vt dixit Christus Dominus B. Baptiste Verane, Sic semper facimus, quando magis aliqua creatura est in hoc mundo, pro meo amore afflictæ, depressæ, & in se annihilata, tanto plus in regno Beatorum per Diuinam iustitiam, est eleuata. Meritò ergo S. Chrysol. vt cuidam pio Monacho persuaderet amorem crucis immixtae à Deo, hac pulchrâ similitudine alio in loco vtitur: Dic, oro, si quis te ad regnum terrestre & imperiū vocaret, atque ante ingressum eius ciuitatis, in qua coronandus esses, in stabulum diuertere necesse esset, vbi luti ac fimi plurimum, viatorumq; tumultus esset, & latronum perturbatio, summaq; pressura & angustia, nū ad illa tristi cogitatione cōuertereris: an non illa omnia, quasi nihil essent, gaudio & spe regni contemneres? Perquam igitur & indignum est, terrenis mortalibusq; regnis potiturum, nihil his quae interim inciderint contrahi, aeterni autem regni spe elatum & erectum, atque ad caelos accersitum, per singula quae in diuersorio contingūt tristia, decidere atque perturbari? Profectò enim in hoc diuersorio ac stabulo, nihil praesentis vitae status melior est: idque cum Sancti Patres Nostri nobis indicare cuperent, hospites ac peregrinos se ipsos appellabant: his verbis nos erudientes, & lata seculi praesentis & tristia pari mentis altitudine contemnerent, atque à terrâ longissimè remotos, toto animo caelestia ambire, atque ad ea totam transferre cogitationem. Quod quidē tantò libentiùs nobis faciendum est, quia idem Sanctus alibi docet, mercedē & praemia caelestia prouenire ex calamitatibus, etiam si quis eas Dei causa minime perpetiatur; modò strenuo ac placido

S. 17. ia
Pl. 90.

2. C. d. 42

Eccles. 7.

4. p. Chr.
S. Franc.
tom. 2.
1. 7. c. 16.

1. 3. de
prouid.

214.
ep. 3. ad
Olymp.



cido animo inflicta calamitates perferat; idque probat exēplo S. Iob, qui propter Deū quod hac pateretur minime norat, & exēplo Lazari, qui in morbum prolapsus, id non propter Deum patiebatur, tamen quoniam eorum qui agrotantē curarent, inopiam meroremq; illum, quem & vlcera, & fames, & diuitis contemptus atque crudelitas afferebat, forti animo tulit, est nullo alio egregio virtutis munere persunctus, eandem cum Patriarchā, qui tot res cum virtute gesserat, sedem est consecutus. Immo addidit: Etiam si quis piā magnum aliquod illustre virtutis munus effecerit, non tamen cum labore, & periculis, & calamitatibus, haud magnam hinc mercedem feret. Idque probat pulchrē exemplo Pauli, qui magis extollit ea, quæ passus est, quàm alia quæ gessit, tot hominibus

h. 3. ep. 2. or.

verbum Dei prædicando. Sic & eius discipulus S. Ildorus Pelusiora scripsit: Quod in isti viri, atque omni virtutum genere florentes, multas hic acerbitates pertulerint, hoc paratas ipsis in altero euo coronas indicat. Quod verò nonnulli quoque ex ipsis honore affecti fuerint, hoc ob eos qui peccato delectantur factum est: ne scilicet virtutem calamitatum causam esse arbitrantur. eam effuso cursu fugiant. Non immeritò

215.
l. 19. mor.
cap. 16.

inquit S. Gregorius, Iustorum vita, palma comparatur: quia scilicet palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obvoluta; superius verò, & visu & fructibus pulchra: inferius corticem suorum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchra viriditatis expanditur. Sic quippe est Electorum vita, despecta inferius, superius pulchra; in imo quasi multis corticibus inuoluitur, dum innumeris tribulationibus angustatur: in summo verò, illa quasi pulchra viriditatis solis, amplitudine retributionis expanditur. Sicut aqua angustis conclusa, inquit S. Iohannes Climacus, in altitudinem tumoris erigitur, ita sapē anima angusta periculis. Nam etiam si nullæ essent cælestes coronæ, nulla merita, tamen ipsa malorum toleratio, illustrem hominem reddit, Deo sic eum honorante. Adversa res sunt, inquit Epictetus apud Arrianum, quibus declarantur viri. De reliquo si aduersi discrimen quoddam cogita, quod Deus te, tanquam atropes, agresti cuidam & sero adolescenti obiecerit. Quare id fecerit, interrogas? Ut nimirum euadas in victorem in Olympiis, Absque sudore id non contingit. Quis Deum, ait Maximus Tyrius alter Ethnicus, neget has ipsas Herculi obiecisse arumnas, quibus & vir bonus dici meruit, & re ipsa fuit? Hoc est, cur aduersarios illi tam multos obiecerit: Inter Barbaros Troianos, inter Græcos Duces primarios, Palamedem cum Atace, domi perulantes, robustosq; iuuenes, Cycloperum ferissimum, Thracum inhospitales maxime, venescarum primam, belluam plurimis capitibus metuendam. Ut quittam mare perpetuum, tempestates asperas, crebra naufragia. Quid errare, quid mendicare, panesq; frustra petere pamosum coegeris; luctari, calcibus cadu, in vino contumelias mille pati. Quæ omnia benevolentia ergo obiecit illi Deus.

gr. 26. col.
15.

l. 1. c. 14.

dissert.
22.

Septimum incitamentum

EST, ad ferenda æquo animo ea quæ displicent a moti proprio, quia per eorum tolerantiam heroicam, citò peruenitur ad magnam vitæ spiritualis perfectionem. Hoc medium ad perfectionem proposuit S. P. N. Ignatius quærenti P. Natali. Hoc dixit P. Balthasar Aluarez esse, iter facere per postam, per quam citius peruenitur quàm aliā viā. Et P. Cosinus Stella in Collegio Mediolanensi Professor Theologiæ, rarā virtutis, cum rogatus esset, à Moderatore Collegij & ab omnibus aliis, deficiente spiritu, vt diceret aliquid ad astantes quod prodesset, & præ modestiā se excusaret, cum tamen persisterent omnes, quærentesq; hoc tantum, quæ videretur compendiarīa ad perfectionem viā, collectis animi corporisq; viribus: Via crucis, inquit, viā mortificationis, viā instituti Societatis: & cum hæc dixisset, quieuit. Ignis non est diuersus, inquit S. Augustinus, & diuersa agit: paleam in cinerem vertit, auro sorde tollit. In quibus autem habitat Deus, vitæ in tribulatione meliores fiunt, tanquam aurum probati. Hoc indicat S. Iacobus: Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis; & statim subdit: fructum tentationum, hoc est aduersitatum benè toleratarum per patientiam, esse perfectionem vitæ: Sciens, inquit, quod probatio fidei vestra, patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Magna hæc est patientiæ ex aduersitatibus ortæ utilitas, fieri perfectum & integrum, non quomodocunque, sed in nullo deficientem. Asperioribus, inquit S. Ambrosius, exercet pater filium quàm dominus vermaculum. Sed dura Patris non asstantur flagella, quia vult filium esse meliorem quàm seruum. Ita flagella faciunt meliorem. Hinc Apostolus ait: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi: propter quod placeo mihi, in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Ipsa enim afflictiones, ante retributionem, Quod sic illustrat alio in loco: Antequàm resurgamus, & antequàm fruamur gloriā futurā, etiam non parua hic laborum remuneratio datur, cum inter angustias ipsas anima nostra reiuuescit, sapientior ac magis pia euadit, maiore pollet patientiā, & fortior atque constantior persistit &c. Etenim hominem nihil mali expertum, mox si que oboriuntur, fortuitò turbulentiā, imò non solum res ipsa, sed & stulta opinioniones, & rerum vmbra pauidum reddunt, & perterrent. Verum qui multa ante perpassus est, is omnibus postea superior sit, & tanquam graculos crocitantantes, eos qui minantur, contemnit. Non parua autem est hæc corona, neque exigua merces, quod illum nihil humanarum rerum mouere potest, propter que alij tremunt, ea multum ridet ipse, quia per excellentem patientiam, angelicarum virtutum philosophiam est adeptus. Si enim corpus rectè beatum dicimus, quod potest absque

216.

l. 5. c. 10.

Ann. 1. 88.

P. 28. 47.

in P. Gal. 1.

Iac. 1. 2.

2. Cor. 11.

9. 10.

S. de gloria

in tribul.

S. de re-

surrect.

kom.

kom.

ocidit. Non video in mundo aliud bonum. quàm quòd non patiatur residere defectus in personis bonis: & quòd iustibus persecutionum, & murmuratiombus; illas faciat perfectas. Dico acquiri plus cordis illi. qui perfectus non est. ad assequendam perfectionem quàm ad martyrium. Quia sine speciali privilegio perfectio non acquiritur, ita cito. vti illud. Mundus autem quando videt aliquem perfectam inchoare vitam, statim vult ut sit perfectus: quòd si vnum in eo defectum videat. qui foris in eo est virtus. dat illi mille leuias. Paupercula anima nondum cepit ambulare. & isti volunt ut volet. Nondum passiones subiugarunt. & volunt. ut in magnis occasionibus. ita illi sint solidi quemadmodum erant Sancti. postquam confirmati fuerunt in gratia. Verilimè id experta in se S. Teresa scripfit. passa plurima. etiam à Confessariis & à Superioribus suis. qui postea agnouerunt se immeritò eam afflixisse iniquis de eà iudiciis. de que spiritu eius. Quod S. Augustinus sic explicat: Hac tormenta animi non sentit in Ecclesia qui non proficit. putat enim quia pax est: sed incipiat proficere. & tunc videbit in qua pressura sit. quia cum creuisset herba & fructum fecisset. tunc apparuerunt zizania. Vox veridica est. per Apostolum. deleri non potest ab initio vsque ad finem. Sed & omnes qui volunt. inquit. pie viuere in Christo. perfectionem patiuntur. Meritò igitur S. Chrysost. ad Monachum quemdam valde afflictum scribens. sic eum solatur: Examina diligentius eos qui fuerunt nominatissimi. videbis omnes primò aduersitatibus probatos. ita demum Diuinà familiaritate dignos habitos fuisse. maximèq. ad eum habuisse confidentiam. Abel cum in nullo ius violasset. ea passus est. qua merentur hi qui grauissimè peccauerint. Nos enim dum flagellis erudimur. peccatorum nostrorum poenas damus. At verò iustus ille. nullà causà cruciatus est. nisi quia iustus erat. Atque is quidem quamdiu nullum excellens virtutis sua documentum dedit. agnoscebat illum frater. vbi verò ex sacrificio placuit. clarusq. meritis eluxit. tum iam naturam quoque ipsam ille ignorauit. inuidià scilicet cecatus. Vnde verò nosti. an modò quoque eadem causà diabolus aduersum te concitauerit; vtiq. tua fulgor. illum ad hanc pugnam euocauerit? Si enim ille adipem offerens (scilicet Abel) ita Deo fuit acceptus. is qui nihil extrinsecus. sed se ipsum totum obtulit Deo. multò profectò magis aduersum se prouocauit inimicum. Quocirca. vt ait B. Laurentius Iustinianus. Si aduersum te mundus sentiat. latet inuidus. diabolus rugiat. obloquatur malus. insidiasq. tendat elatus; esto confidens. quoniam perfectorum graderis semitas. Quocirca. vt monuit Deus Pater S. Catharinam Senenlem. Rationaliter & iuste. benè confortari debetis in doctrinà dulcis & amara Verbi. fideliter. Vnigeniti Filij mei. tempore multarum afflictionum. poenarum. tentationum & aduersitatum. vndeunque proueniant. ex quo vobis virtutem augmentant. & ad statum perfectionis viam exhibent & adducunt.

221. in Pf. 29. enar. 1.

2. Tim. 3.

222. l. 2. de prou.

de vit. fol. cap. 12.

Dial. c. 90. fin.

Octauum incitamentum

223.

AD toleranda omnia amor proprio displicentia est. Quia ea à Deo immissa. vel permilla. si sine culpa iustis contingunt. multa. & frequenter. & grauias. sunt signum Diuini amoris erga tales iustos: Cùm B. Angela de Fulgino quæsiuisset à Deo. qui sunt filij eius; Dominus respondit: Illi quos magis diligo. ad mensam meam mibi viciniore. comedunt ex vna scutella mecum. & bibunt in vna cappa mecum: & sunt hi. qui student. ut possint placere Deo. per imitationem sue crucis. & per voluntariam assumptionem pauperatis. & defectus. & afflictionis. Istis enim filiis permittit Deus euenire multas tribulationes. & hoc facit eis pro speciali gratia. ut comedant in vna scutella secum. Isti igitur filij recognoscentes hanc gratiam. quamuis sentiant aliquando tribulationes amaras. tamen totum sit eis dulce. propter amorem. & gratiam. & honorem. & valorem quæ sunt in eis. Et c. 20. n. 237. Tribulationes nobis à Deo immittas. placeat cum patientia & gaudio tolerare. & facere de necessitate virtutem. Qui enim sunt afflicti & tribulati interius & exterius. non est dubium. quòd est certum signum quòd sum dilecti ab amato. Immo cruce huiusmodi sunt signum Diuinæ electionis & prædestinationis. Inuisus tribulatio. inquit B. Laurentius Iustinianus. amoris indicium. futura beatitudinis præagium. & prædestinationis testimonium est. Et alibi: Consequens Dei Sapientia sua probare dona. & quos caritati nobilitat munere flagelli virgæ erudire. Ego. inquit ipsa Sapientia. quos amo arguo. Nunquam sine patientia exercitio esse caritas solet: spiritualibus anima læceteris demicat. & qualis sit ostendat patientia. Et infra: Hoc naturalis ratio. hoc Sanctorum. & maximè Verbi. exempla confirmant. vt ed quoque durius in presentem flagellatur quo actus exordio palmes verus. qui non tribulatione purgatus sit &c. Purgari non valet. nisi mundetur prius. Mundatur aqua baptismatis. tribulatione purgatur. Et alio in loco: Flagelli eruditio cum patientiâ. indubiū prædestinationis agnoscutur esse præagium. Hoc & S. Scriptura & SS. aij docent. & Deus miris modis declarauit. Hinc legimus: Quem diligit Dominus. corripit. & quasi Pater in filio complacet sibi. Et Angelus Raphael dixit Tobie: Quia eras acceptus Deo. necesse fuit. vt tentatio probaret te. Et Christus Dominus: Ego quos amo. arguo & castigo. Et Apostolus: Quem diligit Dominus castigat. flagellat autem omnem filium quem recipit. Quocirca meritò nosse P. Baltasar Aluarez scribens ad quendam nobilem Dominicanam tribulatam ait: Eui qui Dei amorem habet. & per eum sentit Diuinam Maiestatem huiusmodi mittere excitatores (scilicet cruce) non sunt alia considerationes necessaria. vt eosdem amet & adoret. Omnes illos reputat gratias. omnes nuntios celerimos. ignitas carbones. ingenia lamina. ipsius Dei in se benevolentia: omnes accipit tanquam amoris eius sagittas. quæ quantumvis ipse sit durus. non tamen sinunt esse durum. Eo

Vita.

124. lom. 17.

1. de pro. l. de cont. septen.

de cast. conub. c. 6. col. 1. 16. c. 18. col. 3.

Apoc. 3.

l. de pro. col. 16.

fac. am. cap. 8.

de cont. mun. c. 19. col. 2.

Ruff.

Prou. 3. Tob. 12.

1. 2. c. 1. in fin. d. pect.

Apoc. 1. 19. Hebr. 12. 6. vic. c. 1. pag. 192.



te Deus noster dirigit: quare, nisi eius amore inflamme-
ris, timeas. Ed ipse hanc tuas dirigit arumnas, &
calamitates. In quibus nisi adueras eius fauores ac de-
licias, gemas tua peccata, quae vult sunt super oculos
tuos, & impediunt videre felicitatem ac diuitias me-
diarum apertorum aded & commodorum, quibus vitur
Deus ad altissimum finem suorum consiliorum. Quous-
que hac intelligas, Deus te faciet vacillare: donec hoc
tibi sapiat, Deus te amaricabit, donec magni hoc facias.
Ideo Sancti, qui magni hoc fecerunt, à Domino
crucibus fuerunt immixtis honorati magis quam
onerati. Quod maximè experiuntur, perfectione
vita coram Deo nitentes. Christiani perfecti, in-
quit S. Macarius, qui meruerunt ad gradum perfe-
ctionis peruenire, & Regi (scilicet caelesti) proximi
fieri, cruci Christi perpetuo consecrati sunt. Sunt autem
etiam vinciti & captiui Dei, abiectissimi, crucifixi, ac
dedicati, quia caelesti vnctione vncti sunt. Hinc post-
quam Dauid vnctus est, confestim persecutiones & as-
sultiones perpeffus. Deus bonus, inquit Seneca, vt seu-
ri patres, educat, vultq; eos doloribus ac damnis collige-
re robur. Hanc rationem Deus sequitur in bonis viris,
inquit idem Seneca alio in loco, quam in discipu-
lis suis praeceptores, qui plus laboris ab his exigunt, in
quibus certior est spes &c. quam in militibus Duces, qui
optimos milites ad durissima mittunt. Sic ignem experit
in Mutio, paupertatem in Fabricio, exilium in
Rutilio, tormentum in Regulo, venenum in Socrate,
mortem in Catone. Vt seueri parentes filios durius edu-
cant, ita Deus suos, idq; vt inde, imò doloribus & dam-
nis, colligant robur. Dicant hi ergo, Digni visi sumus
Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura
pati possit. Ecce par Deo dignum, vir fortis, cum mala
fortunâ composuit. Ecce spectaculum Deo dignum. Sic
S. Chryostomus, eos, inquit, qui sibi intentius ac
deuotius obtemperant, veluti fortissimos athletas, hu-
iusmodi laboribus exercet. Et in fine libri illius, pro
solatio cuiusdam Monachi à dæmone diu ob-
fessi, & nec per preces sanctorum victorum, nec
per peregrinationes ad sepulchra Martyrum
susceptas, liberati, sic ait: Quod tu Diuina derelictio-
nis signum putas, id in primis summi in te affectus &
amoris certum argumentum est. Ideo cum Senex
quidam in vitis PP. frequenter infirmaretur corpo-
re, & vno anno eum contingeret valetudo, silebat &
grauiter ferebat, dicens: Reliquisti me Domine, & no-
luisti me praesenti hoc anno visitare. Ideo cū S. Ger-
trudis turbata esset, quoddam quaedam persona, ad cuius salu-
tem plus studij & fidelitatis adhibuerat, non responde-
ret sibi debitâ fidelitate, immò etiam quadam sibi ab
ipsâ impensa, quasi contemnendo, inuenteret, Dominus
benignè eam consolando, ait: Noli contristari filia, quia
ego permisi ista ad tuam summam salutem. Nimiùm
enim consortio & commansione tuâ sedulâ delector, vt
eâ crebrius frui possem: quemadmodum mater habens
puerulum tenerimè sibi dilectum, quem semper sibi de-
siderans adesse, cum puer ad contubernales gratiâ collu-
sionis vult discurre, circa quelibet vicina, laruas vel
aliqua apponit horrenda, vnde puer territus currat in
sinum suum. Sic ego desiderans te lateri meo nunquam

desse, permitto, vt amici tui tibi in aliquo contrarien-
tur: vt dum in nullâ creaturâ plenam fidelitatem re-
peris, ed ardentius ad me recurras, quando apud me om-
nium delectationum & fidelitatum abundantiam sta-
biliorem recognoscis. Nec tantum id Dei amoris, &
perfectionis signum est, verum etiam, vt suprâ
dictum est, praedestinationis. Nec est inanis hec
coniectura, sed tradita à Spiritu Sancto per A-
postolum Paulum, Quos, inquit, praesciuit, & pra-
destinauit conformes fieri imagini filij sui. Id est, vt
cum Valquez explicat noster Cornelius in Cõ-
mentario huius loci, quos Deus praesciuit sibi amicos
& dilectos per gratiam suam futuros, hos etiam praede-
stinauit ad hoc, vt paterentur, & fierent conformes filio
suo in patientiâ, vt pote qui pro nobis tot labores &
arumnas sustinuit. Quo sensu eadem verba S. Au-
gustinus dicens explicauerat antea, homines quos
praedestinauit Deus ante secula, conformes fieri imagini
filij sui, in seruitio Dei, tanquam vna vitis in torculari,
tribulabuntur, conterentur, & comprimentur, sicut &
Christus, praecipue in Passione, magnus botrus expressus
est. Hinc S. Chryostomus, Si quis, inquit, tentatio-
nem viriliter tulerit, magnum ex ipsa vindemiat fru-
ctum. Ideo B. Catharina Bononiensis in libello
de armis Spiritualibus scriptum reliquit: Quas
animas Deus paterno amore complectitur, vt haeredes
constituat bonorum filij sui, statim eis viam crucis cal-
candam offert. Tali enim viâ electos Deus, quippe
angusta & arcta (Matt. 7. 14.) ad suam regiam
deducit. Quocirca S. Chryostomus, vitam hanc
ait esse, Scholam, vt in eâ eruditi per afflictionem, per
tentationes, per paupertatem, per cetera item, quae mala
esse videntur, apti efficiantur ad futurorum bonorum
perceptionem. Non mirum, quia eadem viâ filium
suum Deus ad caelum conduxit: Nonne hac oportuit
pati Christum, & ita intrare in gloriam suam:
Aures illa, inquit B. Petrus Damianus, quae in caelis
audiunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus; audiunt in terris,
demonium habes. Dux, inquit idem B. Petrus Da-
mianus, propensius necessaria probantur esse virtutes,
charitas videlicet & patientia. Per charitatem quippe
Dei filius ad nostra descendit: per patientiam vero, sus-
ceptam nostrae substantiae veritatem, ad paternam glo-
riam sublimauit. Signum ergo magni diuini amo-
ris sunt ea omnia, quae nostrae patientiae suppe-
ditare solent materiam. Hinc B. Baptista Vera-
na (vt habetur in 4. p. Chr. S. Francisci) solebat
exclamare: ô Deus meus, si tu mihi reuelares omnia
secreta tui sacratissimi cordis, & si mihi quotidie osten-
deres omnes Hierarchias Angelicas, & si quotidie mor-
tuos suscitarem propter hoc non crederem me à te ama-
ri amore insalubili: sed quando sentiam me ex corde
benefacere mihi malefacientibus, dicere benè de eo, qui
de me malè loquitur, & iniuste me condemnat, tunc
Pater aeternae credam, per hoc signum insalubile, quodd
tibi sim vera filia. Magnum est hoc excitamen-
tum ad toleranda æquo animo omnia molesta.
Quod etiam Deus Pater confirmauit S. Catha-
rinae Senensis: Arboris inquit, Deus Pater, medulla
videlicet affectus verae charitatis existentis in animâ, est

Rom. 8.
29.
1. p. 9. 23.

in Psal. 83.

de red. ex
1. exil. to.
5.
Arma-
tura 7.

226.
h. 10. in
ep. Rom.

Luc. 24.
26.
Ser. 47.
Ser. 3.

227.
to. 2. 1. 7.
cap. 26.

Dial. c. 10.

inuicta patientia, qua signum est euidens ac apertissime demonstrans, animam in me consistere, pariter & in ea me per gratiam esse. Quod etiam Deus alia vice ei dixit in fine capitis 95. Et iterum Deus ei dixit in alio loco: *Ut fructus vester quotidie crescat, ego prouide purgo vos, cum variis tribulationibus, iniuriis, derisionibus, infamiis, contumeliis, & improprie, in dictis, & in factis, fame ac siti, sicut mea bonitati concedere placet vnique, prout video portare posse.* Quia tribulatio, signum est aperte demonstratiuum, quod in anima charitas est omnino perfecta, si cum dulci patientia (scilicet tribulatio) toleretur. Charitatem autem cum patientia conseruatam ad vitam finem certam gloriâ sequetur celestis. Certa enim, inquit S. Leo, atque secuta est expectatio promissæ beatitudinis, ubi est participatio Domine passionis. Quæ verba S. Leo dixit, illustrans illa verba Apostoli: *Si compatimur & conglorificabimur, seu corregebamur.* Merito ergo dicebat Abbas Ioannes, cum gaudio conuitia suscipere, esse portam Dei, per quam patres nostri, per multas tribulationes, & iniurias gaudentes ingressi sunt ciuitatem Dei. Et cum quidam frater requisisset Senem, dicens: *Da mihi Pater vnam rem, quam custodiam & saluet per eam.* Respondit ei Senex: *si poteris iniuriari & affici conuictis, & portare & tacere: magna est hæc res, & super alia mandata.* Quid est, inquit S. Chrysostomus, Patimur: Si tribulationes ferimus & persecutiones, si viam ambulamus angustam. Nam angusta quidem à natura est laboriosa, voluntate autem nostra efficitur leuior, propter spem futurorum. Momentaneum enim & leue tribulationis, per excellentiam in excellentiam, eternum pondus glorie operatur, non considerantibus nobis que videntur, sed que non videntur. Transferamus igitur oculos in caelum, & illud cogitemus semper & spectemus. Si enim in illis semper immoremur, nihil circa ea que sunt hic iniucunda, patiemur, non tristia egre seremus. Verum hæc & similia deridebimus. Quapropter cum tanta bona proueniant ex toleratis æquo animo aduersitatibus amoris proprio molestis, mirum non est, S. P. N. Ignatium passum multa, tanti æstimate persecutiones ac vincula, quibus pro Christo fuerat vexatus atque constrictus, vt aperte diceret, teste Ribadeneira & Maffeo: *Si que à Deo creata sunt omnia, altera in parte statera collocarentur, in altera verò carcer catena & c. vix illa omnia, præ istis momentum vllum apud se habitura.* Sed adhuc magis commendauit S. Chrysostomus præstantiam aduersitatum amoris proprio molestarum. Sic enim de iis scribit: *Nihil est equè præclarum, atque vincula propter Deum. Vinculum esse propter Christum est præclarum, quàm esse Apostolum, quàm esse Doctorem, quàm esse Euangelistam.* Si quis amat Christum, nouit quod dicitur. Si quis in Deum insinit, & eius amore vritur, nouit vim vinculorum. Maluerit esse vinculus propter Christum, quàm habitare calos. Hoc est magnificentius, quàm sedere supra duodecim sedes: Etiam si res nullam haberet mercedem, hoc solum est magna merces & sufficiens remuneratio, grauiâ pati propter eum qui amatur. Sciunt

Dial. c. 145.

S. 9 de quadr.

Ruff. l. 3. Vit. PP. nu. 84. Ioan. li. bel. 4. n. 12. Rofv. P. 513. Ruff. l. 3. num. 85. Pelag. li. bel. 15. n. 83. h. 63. ad POP.

228.

Rib. l. 1. c. 10. Maff. l. 1. c. 17.

229. h. 8. in ep. Ephes.

quod dicitur, qui amant, si non Deum, at homines, qui magis latantur, si male patiuntur ab iis quos amant, quam si honorentur. Hoc Sancti Chori solum est intelligere, Apostolorum, inquam. Audi enim B. Lucam dicentem, eos redisse gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Atque alius quidem videtur esse ridiculum, si probro & contumeliâ esse affectum, sit esse dignitatem affectum: si probro esse affectum, sit letari. Is autem qui sciunt Christi desideriam hoc esse est existimatum omnium beatissimum. Si quis mihi daret totum caelum, aut Pauli catenam, ego illam præferrem. Si quis me apud Superos collocaret cum Angelis, aut cum Paulo vinclo, eligerem carcerem & vincula. Nihil est melius, quàm mala pati propter Christum. Non tam beatum existimo Paulum, quod raptus sit in tertium caelum, quàm eum censo beatum propter vincula. Mihi est optabilius malè pati pro Christo, quàm honorari pro Christo. Hoc est gloria, que omnia exuperat. Confirmari possunt supra dicta, præclarâ visione quæ S. Gertrudi contigit, & refertur l. 8. c. 2. Innuat. Diu. piet. Dei que iussu, & Beatissime Virginis Mariæ iussu, cum multis aliis scripta est. Dnm S. Gertrudis in quadam oratione offerret Domino omnem tolerantiam, quâ tam in corpore quàm in spiritu grauabatur, & omnem delectationem, quâ tam in spiritu, quàm carne frustabatur; apparuit Dominus, illa duo que sibi obtulerat, scilicet delectationem & tolerantiam, in specie gemmarum amulorum, quasi pro ornamento, vtrique manibus ferens. Quod cum intellexisset, præfatam orationem sapiens iterans, post aliquantulum temporis cum eandem recitaret, præsentit D. Iesum annulum sinistrae manus (quem intellexerat corporalem grauaminis tolerantiam esse) sinistram oculum eius linire. Et ex tunc idem oculus (quem Dominus visus est in spiritu tangere) doluit in corpore tantum, quod postea nunquam plene conualuit ad pristinam sanitatem. Hinc intellexit, quod sicut annulus signum est deponationis, sic aduersitas tam corporalis quàm spiritualis verisimum signum est electionis Diuine. & quasi deponatio anima cum Deo: tantum, quod grauatius quisque, veraciter, imò confidenter dicere possit illud: *Annulo suo subarrauit me D. Iesus Christus.* Est inter aduersa, etiam hoc dono non caret, quod scilicet animum per gratitudinem in laudem & gratiarum actionem vellet ad Deum dirigere, consequenter, cum incandescere subsequi potest & illud: *Et tanquam sponsam decorauit me corona. Quia gratitudo in aduersis, est ornatisima gloria corona, super aurum & topazion, incomparabiliter pretiosa.*

Nonum incitamentum

Ad toleranda aduersa est, Quia hoc est precipuum signum & demonstratiuum argumentum veri & solidi nostri erga Deum amoris, tot titulis Deo debiti, & tantoperè à Deo in nobis expectiti. Vinculum est induratum tribulatio, & dilectionis argumentum, inquit S. Chrysostomus, Et vt idem alibi ait: *Aduersis probatur amor,*

AG. 5.

prolog. l. 3. & l. 3. cap. 1. & l. 2. c. 10. 24. & in prologo lib. 1.

h. 13. ad POP.

de con. cap. 8.

h. 4. 4. POP.

h. 1. de pond.

23.

230.

h. 66. ad POP. S. 6. de pas. Dom. mor.

de charit. cap. 18.

leprosum & percussum à Deo, & humilitatum. Et alio in loco. Quid ita Diuina tranquillitatis imaginem gerit, quam anima, que sic ad omnium iniuriarum tollerantiam se obfirmat, vt eam contumelia illata non moueant, & mentem eius à statu suo nulle comminationum aut iniuriarum machine deiciant: Assimilatur Christo patiens, ait B. Laurentius Iustinianus. quod est gloriosissimum. Sicut enim gloriosum est militi, deferre arma Regis, sic est & Christiano portare stigmata Christi. Quanta est gloria sponse assimilari sponso? Nihil gloriosius reputat, quam Christi portare opprobrium. Immo loquendo humano more cum quadam amplificatione, sano modo intellecta, dixit Seneca. Ferre fortiter aduersa, hoc est quo Deum antecedit. Ille extra patientiam est malorum, vos supra patientiam. Sed Deus in carne mortali existens, erat quodammodo immersus in patientiam malorum: huic ergo nos similes reddunt tribulationes. Nam, vt dixit B. Angela de Fulgino c. 20. Vit. n. 238. aliàs c. 65. Quod Deus Pater dilexit & eligit & dedit suo carissimo Vnigenito, hoc Vnigenitus diligit & insigit, & dat carissimis filiis suis. Elegit autem Deus Pater suo filio paupertatem, despectum, dolores, persecutiones, afflictiones exterius, interius verò tadidum, pauporem, timorem, angustiam, aganiam & c. que sustinuit filius Dei innumerabilia, & tot & tanta, quod nulla lingua possit exprimere, nec cor cogitare. Studeamus igitur sustinere tribulationes temporales cum patientia & gaudio.

I. de diu. prou.

Duodecimum incitamentum

234.

EST præseruatio à multis peccatis, orti solita ad aduersitatibus, ad quam tolerantiam excitans quemdam Monachum à damone oblesum S. Chrysolomus ait: Adiectio laborum, incrementum meritum est, ac firmissimum munimen nostrum, quo freti, nunquam, siue sponte, siue etiam inuicti corruamus. Namq, fastum ac tumorem animi comprimunt, negligentiam auertit prudentioresq, ac religiosiores efficit. Et hanc ob causam infra ait, nonnullos antequam per artem boni, vel mali discernere possint, quasi maxima peccauerint supplicis subdi, quia plurimos illorum situros nequam præseruit Deus, id est velut compedibus quibusdam huiusmodi supplicio coercet. Illustret hoc alio in loco, apud similitudine: Qui seminat, inquit, & qui edificat, & viator, & lignator, & opifex, & denique quilibet homo, si est aliquid commodi percepturus, & labore, & afflictione opus habet. Et quemadmodum semina opus habent umbribus, ita nos etiam lacrymis, & quemadmodum terra opus habet, vt aratur & profcindatur, ita anima fidelis pro legone indiget tentationibus & afflictionibus, ne producat malas herbas, vt eius moriatur durities, ne nimium efferatur & exiliat. Nam terra quoque nisi diligenter colatur, nihil boni producit. Hoc est ergo, quod dicit Propheta, non esse solium letandum propter reditum, sed etiam propter captiuitatem, & pro virisque Deo esse agendas gratias.

I. de prou. col. 14.

in Ps. 115.

235.

Est & altera causa desiderandi cruce, quia

emendant peccata nostra, ne labamur in ea, sed mores nostros emendemus. Ideo Philippus Macedo apud Plutarchum in Apophthegm. aiebat, se his qui in Repub. Atheniensium administranda primores essent, plurimam habere gratiam, quod suis conuiciis efficerent, vt ipse tum oratione, tum moribus euaderet melior: dum conor, inquit, dictis partem ac factis mendacij conuincere.

in Apophthegm.

Decimum tertium incitamentum

EST, quia iniquas persecutiones passi, sunt vt qui Martyres, Martyribus eruentis equiparati à Sanctis. Nunquid soli Martyres sunt, qui sanguinem profundunt inquit S. Theodorus Studita. Minime verò; quoniam quoque qui vitam obeunt diuinam. Au enim Apostolus: Circueunt in melotis, & in pellibus caprimis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis terra, & caueris. Et paulo post: Tantam habentes nubem Martyrum & c. Videni vt vnuerfos Martyres vocauit, omnes pietatis amantes, afflictamq, vitam tolerantiam tractantes. Ideo merito S. Climacus, Beatus, ait, qui propter Deum quotidie maledictus & conuictus lacessitus, sibi vim fecerit: hic enim Martyribus tripudiamibus & Angelis parent confidentiam & gloriam merebitur. Nam, vt scribit S. Gregorius, Mori à persequeute, martyrium est in aperto opere, ferre verò contumelias, odientes diligere, martyrium est in occultà cogitatione. Hinc S. Chrysolomus, dum solaretur Episcopos & Presbyteros, ob pietatem coniectos in carcerem, sic scribit: Inscripta sunt nomina vestra in libro vite: cum sanctis Martyribus connumerati estis. Scio hæc ego certo non quod in caelum transenderim, sed è diuini oraculis didici. Nondum decapitati estis, sed longè acerbiora tulistis. Non enim idem est breui temporis momẽto caput amittere, & tanto tempore cum talibus luctari doloribus, terroribus, minis, vinculis, abductionibus ad tribunal, carnisficum manibus, scyophantarum impudentissimis linguis, conuiciis, salibus & dicacitatibus. Nam est hoc maximum certaminum genus, ponturq, à B. Paulo in magnorum certaminum ordine, cum sic ait: Recordamini dies pristinos, in quibus illuminati, ingens certamen afflictionum sustinistis. Deinde certamen narrans, ipsum ponit sic dicendo: Partim opprobriis & afflictionibus spectaculo estis partim comunicati his, qui sic affliguntur. Si ergo qui communicati certant, multo magis qui sustinent. Non enim vnã aut duas, aut tres, sed longè plures sustinistis mortes, etsi non experientia certum tamen animo. Hæc consideratio, præter alias, corroborare debet iniquè vexatos à iudiciis, linguis & calamis censorum. Quibus exagitatibus sibi scriptum putet, id quod S. Bernardus ad Drogonem Monachum vitam perfectiorem amplexum scripsit: Nescis, quia Pharisei scandalizati sunt in hoc verbo quod fecisti, (scilicet, arctiorem quàm antea viuendi rationem ineundo) sed memento, non omnium scandalum esse

236.

S. 10. in om. San. Hebr. 9.

Heb. 11.1.

237.

b. 35. in Euang.

ep. 4 ad ep. in car.

Hab. 10.

ep. 34.

Matth. 15.
Luc. 11.
Gen. 26.
esse curandam iuxta responsonem Domini dicentis: Sinite illos, taci sunt & duces caecorum Melius est enim, ut scandalum oriatur, quam veritas relinquatur. Memento, qui natus fuerit in ruinam & resurrectionem multorum. & non mireris, si tu quoque alius quidem sis odor vitae in vitam, alius odor mortis in mortem. Si maledictiones intulerint, si anathematum interfecerint specula. Audi Isaac pro te respondentem: Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Sed & tu nullo inexpugnabili conscientia tua circummunitus, deintus responde. & dic: Si consistant aduersus me castra, non timebit cor meum: si exsurgat aduersum me praelium, in hoc ego sperabo. Non enim confunderis, cum sic loqueris inimico tuo in porta.

Decimum quartum incitamentum

277.
Lij. mo.
ap. 15.
in.
ad
u. ca.
377.
277.
Lij. mo.
ap. 15.
Coll. 13.
417.
Est, rerum mundanarum fuga, & mentis nauis ab eis, & compulsio ad verum Deum & caelum, ex tribulationibus proueniens. Nam, ut pulchre ait S. Gregorius Papa, pro Dei consilio agitur, ut huius peregrinationis tempore, electorum vita turbetur. Via quippe est vita praesens, qua ad patriam tendimus: & idcirco hic occulto iudicio frequenter perturbatio conteritur, ne viam pro patria diligamus. solent enim nonnulli viatores, cum amena sortasse in via praeata conspiciunt, pergeri moras innectere, & ab arreptis itineris rectitudine declinare. eorumque gressus tardat pulchritudo itineris, dum delectat. Electus ergo ius, ad se pergeribus Dominus huius mundi iter aperit: ne dum quisquam praesentis vitae requie, quasi amenitate viae pacitur, magis eum diu pergere, quam citius peruenire delectet: ne dum oblectatur in via, obliuiscatur quod desiderabat in patria. Magni autem beneficium hac ratione per tribulationes repellit ab amore terrenorum, qui causa est, & peccatorum omnium, & aeternae damnationis, quam nullus incurrit aditus, nisi ob rem aliquam terrenam & mundanam nimium amatam. Ideo in quouis peccato reperitur aliqua conuersio inordinata ad bonum creatum, ut docet experientia, & Theologi cum S. Thoma. Hoc modo, bene obseruauit noster P. Platus, & ante illum ab eo citatus Abbas Charemon apud Cassianum, per tribulationes aliquos ad mundi contemptum, & vitae sanctimoniam raram, esse vocatos, nil tale cogitantes, imò inuitos. Sic Paulus, teste S. Hieronymo, Decij & Valeriani seuitiam fugiens, cum in specum esset ingressus, & ibi aliquandiu latuisset, cepit delectari solitudine, & quod prius necessitate cepit, deinceps voluntate continuauit tota vita. & primus Pater Eremitarum vocari meruit. Arsenio quoque ira Arcadij adolescentis, quem instituebat, causam praebuit, ut saeculum fugiens, vitam Monasticam amplecteretur. Sic alter Paulus cognomento Simplex, vxore in adulterio deprehensa, eam reliquit, & ad S. Antonij scholam se transtulit, ibique praeter vitae sanctimo-

niam, maiorem vim patrandi miracula, quam ipse Antonius, Dei beneficio consecutus est. S. Romualdum quoque ad vitam Monasticam compulsi metus supplicij, ob homicidium a patre suo patratum, subeundi, cuius ipse quoque particeps fuerat. Et hunc vocationis modum Abbas Pafnutius apud Cassianum, appellat tertium, qui ex necessitate descendit: cum nos diuitius huius mundi vel voluptatibus obligati, ingruentibus repente tentationibus, qua vel mortis pericula comminantur, vel amissione bonorum ac proscriptione periclitantur, vel charorum morte compungunt, ad Dominum, quem sequi, in rerum prosperitate contemptimus, saltem inuiti properare compellimur. De talibus in Psalmo dicitur: Cum occideret eos, tunc quaerebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Ideo S. Climacus monet, ne contemnantur ij, qui mundo renunciant sine sapienter deliberatione. Quomodo autem per tribulationes & persecutiones, anima abstrahatur ab amore rerum mundanarum, quo imbuta est, pulchre declarat S. Gregorius Nyssenus: Quoniam anima per corporeos sensus quodammodo coalescit cum voluptatibus vitae, ac per oculos, bono materiae colore delectatur, & auribus facili atque propensa est ad incundas audiciones, itemque olfactu gustatu, tactuque, prout cuique horum sensuum conuenire, & natura accommodatum esse solet, vna afficitur; idcirco veluti clauo quodam, sentiendi vitae ad vitae voluptates affixa, difficultates ab his, quibus adhaerens coaluerit, auelli solet: & in modum restudium & cochlearum, veluti testaceo quodam tegmento illigata, impedita & tarda est ad eiusmodi motus, quippe totum simul trahens vitae pondus. Quamobrem cum ita sese habeat, etiam prehensu facili persequentibus existit, ad bonorum publicationis minas, aut accepto damno in aliqua alia re, ex iis, qua per hanc vitam expetuntur, facile concedens & summittens sese persequenti. Sed vbi viuus sermo, ut inquit Apostolus, efficax, & omni gladio acutior, penetrauerit in eum, qui vere fidem suscepit, & dissecuerit ea, qua male coaluerint, & consuetudinis vincula ruperit; tunc, cum tanquam pondus anima connexum, mundanas voluptates, veluti cursor quidam, ab humeris excusserit, leuis & expeditus, certaminum stadium percurrit, ipso certaminum praeside, duce, & adiutore viens ad cursum. Non enim spectat ea qua reliquit, sed qua petit: neque oculum conuertit ad id, quod a tergo incundum est, sed ad propositum bonum contendit: neque damno rerum terrenarum contrahitur, sed lucro caelestium laetatur. Propterea omne suppliciorum genus, tanquam subsidium & auxilium propositi gaudij, haud cunctanter excipit, & admittit: ignem, tanquam materiae purificatorem: gladium, tanquam directorem coniunctionis, qua mens cum materialibus & carnalibus coaluit: atque in summa, omnes & labores & dolores, quicunque excogitari possunt, tanquam medicamentum noxio voluptatis veneno aduersans, cupide atque parato animo suscipit. Quemadmodum enim biliosi, quique

superfluis humoribus abundant, amara remedia haud grauius forbent, vt per illa causa morbi efficiens expurgetur: ita qui ab inimico agitur: & ad Deum fugit, excipit verum aserbarum & aduersarum imperum, vt qui vim habeat voluptatis efficaciam extinguendi.

Conc. 2. in Psal. 32.

Quod autem etiam ad Deum & ad caelestia simul aduersitates ducant, sic docet S. Augustinus: Ferueamus in itineribus honorum operum, hoc est enim ambulare nostrum. Et si quando existunt tentationum pressurae, vnde non sperabatur, iam congregati velut in vltrem aquis maris, intelligamus, Dominum facere hoc ad disciplinam, vt excutiat à nobis male prouidentem de temporalibus securitatem, & dirigat nos in regnum suum, composito desiderio. Quod desiderium tribulationibus hinc atque hinc contundenibus producit, vt simus canori auribus Domini, tanquam tube ductiles. Dicitur enim & hoc in Psalmis: vt in tubis ductilibus laudemus Deum.

Psal. 97.

Decimum quintum incitamentum

239.

EST Dei benefica voluntas, quae nobis prodest partim positiuè, immittendo quasdam calamitates, in quibus nullum inuoluitur nos affligentium peccatum, partim ad satisfaciendum suae iustitiae, vel ad dandam nobis occasionem meritotum, permittendo ea, quibus alij nos cruciant, non sine suo peccato. Pro certo tenendum est, inquit S. Basilii, & consuetudinem etiam, dilationem cuiuscunque boni, atque adeo ipsam etiam eorum, quae Christi causa patimur, incommodorum tolerantiam, à Deo nobis proficisci. Idque probat illo dicto Apostoli: Vobis datum est pro Christo, non solum, vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes. Quicquid passi fuerimus ab inimico, non hoc inimicis deputandum est, inquit S. Augustinus, & non Domino Deo nostro. Vnusquisque malus apud se habet voluntatem nocendi, vt autem possit nocere, non habet in potestate. Vt velit, iam reus est, vt possit, occulta dispensatione prouidentiae Dei, in alium permittitur ad penam, in alium permittitur ad probationem, in alium permittitur ad coronam. Ad penam, quomodo permisi sunt alienigenae capere populum Israel, quia peccauerunt in Deum: Ad probationem autem, permissus est Diabolus in Iob: Ad coronam vero permisi sunt persecutores in Martyres. Ergo in quem permittitur, occulta dispensationis est prouidentiae Dei. Dei ergo permittentis voluntas, vt aliquid patiamur, debet nobis dulces reddere cruce, tanquam remota causa earum. Talis enim iustorum mos est, inquit S. Chrysostomus, vt quando aliquid propter Deum ferunt, non res ipsas, quae sunt, spectent, sed causam secum expedientes, faciliè omnia ferant. Quandoquidem & Paulus gentium Doctor, vincula, ad tribulationum abductiones, quotidiana pericula, multas illas & intolerabiles afflictiones leues vocabat: non quia natura tales essent, sed quia causa, propter quam fiebant,

In Mor. Reg. 55. c. 1.

Phil. 1.

in Psal. 119. enar. 2.

h. 2. in Gen.

talem ei scientiam ingenerabant, vt neque aduerteret, si qua grauia talia obuenerent. Amor in Deum grauitatem molestiarum imminuit, neque sentiri sinis, dum nos inuaserint.

Decimum sextum incitamentum

IPSA praestantia tribulationis & crucis. B. Angela de Fulgino dixit cap. 20. Vita, alias 65, Scio, filioli mei, quod nobilitas & valor, qui exiit de tribulatione, non est nobis cognitus: quia si esset cognitus, esset de ea magna rapina & rapina, & quilibet raperet ab alio, de quo tribulari posset. Sanctos Martyres, inquit S. Chrysostomus, cum beatos vocamus, ob vulnera primim predicamus, mox ob praemia: prius ob plagas, & tum demum ob coronas repositas: praemia enim propter vulnera contingunt, & non vice versa. Ita B. quoque Paulus, non tam repositis sibi bonis, quam molestus propter Christum perferendus, gaudebat. clamatque dicens: Gaudeo in passionibus pro vobis. Et iterum: Non solum autem, verum & gloriamur in tribulationibus. Et rursum: Quoniam nobis donatum est à Deo, vt non solum in eum credamus, sed etiam pro eo patiamur. Est enim gratia verè maxima, dignum cenferi propter Christum aliquid pati, & corona verè perfecta, & merces futura retributione non minor: & hoc norunt, qui legitime ac feruenter Christum diligere sciunt. Sed magis hoc exaggerat alio in loco: Vinculum esse propter Christum (eadem autem est ratio de aliis persecutionum & aduersitatum generibus, imò maior, quia aliae iniuriarum, praeteritum ab iniquis contra innocentes linguis profectae, affligunt hominem honestum magis, quam pro fide tolerata vincula & martyria, quia sunt minus speciosa, & commendationem apud alios, vti martyria, & honorem non conciliant, sed infamiam & contemptum, naturae nostrae vitia valde molestum) Vinculum inquit, esse propter Christum, est praclarior, quam esse Apostolum, quam esse Euangelistam, quam habitare caelos, fortasse est praclarior, quam sedere à dextris: est magnificentius, quam sedere super 12. sedes, quam collocari cum Angelis, quam esse vnum de potestatibus, quae sunt circa caelos, aut circa thronos. Vique adeo, vt nobis quodammodo inuideat Christus (loquendo humano more hyperbolicè) quod pati non possit crucem, dum eius serui pro eo patiantur. Ideo Tertullianus agens de Martyrum constantia, & ærumnis ac tormentis, Constantia, inquit, illa vtrique inuidiosa apud Christum, quia si Christus esset obnoxius inuidiae, pie inuideret, siue quia tanti illas facit, siue quia si opus esset, etiam nunc libenter pateretur pro nobis, vti S. Brigittæ & aliis reuelauit. Magnus profecto, inquit B. Laurentius Iustinianus beatitudinis est cumulus eorum, qui mundi persecutiones pro Christo percipiunt, non tamen minor est

240. hom. 5. de Anna.

Col. 1. 14. Rom. 5. 4. Phil. 1. 29.

Orat. 8. in Ep. Ephes.

1. de pen. dic. c. 61. 5. Dion. Arcop. ep. 8. ad Demophil. S. Bi. 1. 1. Reu. c. 30. 5. 8. 19. & 1. 2. c. 12. 8. 17. c. 19. falc. am. c. 11. f. no.

est gloria Christi passionibus conformari. Commu-
nicantes (inquit Petrus) Christi passionibus, gaudete,
ut in revelationem eius gloria gaudeatis exultantes,
& si exprobramini pro nomine Christi, beati estis,
quoniam quod est honoris, gloria, & virtutis Dei. &
quod est eius spiritus, super vos requiescit. Vtriusque
letitia ingens est causa, & persequi pro Christo, &
conformari Christo. De persecutione quidem merces,
& de conformitate provenit honor. Nemo igitur ser-
norum Christi sibi adscribat ad dedecus, si easdem
quas Dominus, perferat contumelias. Non decet om-
nino non decet Christianum opprobriis Christi esse
exortem, ut quemadmodum in futuro illius festinat
ad gloriam, ita in presentiarum eiusdem passione part-
icipet. Mollis est utriusque dolor, & amaritudo dulces-
cit, si Mediatoris passionibus coaptentur. Ipsum audi
quid dicat: Memencote, inquit, sermonis, quem ego
dixi vobis: Non est seruius maior Domino suo. Non
est unde queraris, si opprimaris à seculo, dum eadem
ipsum perpeffum fuisse cognoveris. Effene vis Domi-
no iustior? Ille innocens, impollutus, iustus, pius, &
sanctus, patienter sustinet, quod non debet; & tu
cum noxius, impudicus, impius, crudelis sis, & men-
dax, si quid patiaris aduersum muras, & exclamas:
Mundi odium tibi debes adscribere ad gloriam. Nemp-
pe dum pateris te Christi membrum esse ostendis, at-
que in ipfius vivere corpore. Fecit se sicut te, ut te fa-
ceret sicut se. In eodem prorsus est corpore Christus, in
quo tu aliter tamen quam tu: Tu tanquam corpo-
ris membrum, ille tanquam corporis vita. Sicq; com-
pacium est caput & corpus, & membra, in
unitate Spiritus, & vinculo caritatis, ut quod pa-
titur corpus, patiatur & caput. Verè enim dum
tu pateris aliquid, patitur & caput tuum Chri-
stus, cui te fidelem feruum tolerando aduer-
sa demonstras, & fidem in eum tuâ patientiâ
comprobas. Nam, ut benè ait S. Cyprianus,
Tunc omne fides robur expenditur, tunc credulitas
comprobatur, cum in sermones vulgi atque in op-
probrium veneris: cumque te contra illos populares
infamias, religiosa mente firmaveris, convincens sci-
licet ac repugnans, quicquid super personâ tuâ in in-
juriam Christi profanus sermo iactauerit. Præstan-
tissimum donum Dei est, gratia suscitandi mor-
tuos, at pati libenter pro Christo maius do-
num quam mortuos suscitare, ut ait S. Chry-
ostomus, & B. Baptista Verana loco supra ci-
tato; & quàm donum miracula patrândi, ait
B. Laurentius Iustinianus. Benè ergo scripsit
Salutianus: Qui putantur crucem portare, sic portant,
ut plus habeant in crucis nomine dignitatis, quàm in
passione supplicij.

Decimum septimum incitamen-
tum
 241. **E**st Dei gustus, quem percipit, & ornamen-
 tum quoddam, quod ei accedit, ex tolera-
 tis æquo & hilari animo aduersitatibus no-

stris, nostro amoris proprio iniucundis. De-
 clarauit hoc Dominus in quadam reuelatio-
 ne factâ cuidam de S. Gertrude Virgine, pro
 quâ illa orabat: Hac pro quâ tu oras, est mihi li-
 tum electum, quod manibus meis portare affecto,
 suprema namque mihi est voluptas, & deliciaeque, in
 animâ huiusmodi castâ ac purâ morari. Ipsa rosa
 denique est mea suaviter olens. Patientia namque
 & in cunctis aduersis, eius gratiarum actio, suavis-
 simum mihi inferunt odorem. Postremò ipsa est cun-
 ctis celitibus dulcis suauisq; harmonia, quam
 efficiunt omnes ille, quas adeo æquamiter fert ad-
 uersitates, veluti tinnibula aurea, in coronâ meâ
 suspensa. Et infra: Tanta huius anime delectatio-
 ne afficitur, ut sapenmerò dum ab aliis hominibus
 offendor, me ipsum in eâ quieturus inueniem, atque
 pressuram cordis atamie molestiam tunc corporis ei
 desinem. Quam dum tantâ, ut solet, gratiarum a-
 ctione suscipit, tantâ suffert humilitate ac patientia,
 tantâ denique illam deuotione, in vniõne passionis
 mea mihi offert, omnino me reddit placatum, facit-
 que, ut innumeris hominibus illum amore parcam. Et
 libr. 3. cap. 3. scribitur: Cùm sancta Gertrudis
 nimietate cruciatu afflicta, obtinere niteretur à Do-
 mino, ut dolor lateris ipsius leniretur, Dominus sub-
 leuans brachia sua, ostendit, se quasi pro ornamento
 in pectore suo gestare dolorem, quem illa toleraue-
 rat per diem. Cum autem videret ornamentum il-
 lud quasi perfectum, nec ex aliquâ parte habere dese-
 ctum, ex hilarata sperabat, quòd ex tunc etiam do-
 lor ipsius cessare deberet. Vnde Dominus subiunxit:
 Hoc quòd deinceps patieris, huic ornamento addet
 splendorem. Videatur enim quamuis gemmatum, ta-
 men minis fulgens ornamentum, tanquam aurum
 obfcuratum. Illa verò sequens tolerantia (quam tunc
 incidit) fuit pestis non adeò grauis, quin plus fatigaretur
 in eâ contrarietate delectationis quam acerbitate
 doloris. Et aliâ vice dixit ei Dominus: Ille mihi of-
 fert simplicem nummum aureum sine gemmâ, qui sine
 aduersitate, & tamen de voluntate diuinâ in omni-
 bus operibus suis Deo intendit, sed ille, qui in singulis
 operibus suis premitur aduersitate, & tamen de Diui-
 nâ voluntate non discordat, ille offert Deo aureum
 nummum cum probatissimâ gemmâ. Et aliâ vice
 dixit ei Dominus: Delicata semina magis delectan-
 tur penes se gestare olfactoriola delectabilia, quàm alia
 xema, quòd in eorum fragrantia delectentur, sic ego
 valde delector in cordibus eorum, qui grauamina sua,
 cum humilitate, patientiâ, & gratitudine fiducialiter
 committunt meæ propriae pietati, quæ diligentibus se
 vniuersa tam prospera quàm aduersa commutat in bo-
 num. Et Christus Dominus in quodam raptu,
 docuit B. M. Magdalenam de Pazzis: Omnes illas
 animas, quæ participant sanguinem Iesu, hoc est, quæ
 patiuntur in hoc mundo, esse leues & pulchras in con-
 spectu Diuinae Maiestatis.

1. Pet. 4.
 2. 4. 0.
 om. 5. 3.
 naa.
 ol. 1. 4.
 om. 5. 3.
 hil. 1. 4. 9.
 rat. 8. in
 Eph.
 1. de laude
 ma. 1. 7.
 depa-
 c. c. 61.
 Dion.
 reop. 4.
 ad De-
 ophil.
 Br. 1. 1.
 eu. c. 10.
 59. &
 c. 1. 2.
 1. 7. c.
 c. ant.
 1. 1. 10.

L. 1. c. 4. 11.
 fin. diu.
 pict.
 L. 3. c. 69.
 1. 4. c. 12.
 c. 18. Vite.

*Decimum octauum incitamentum*243.
Ser. 1 de
S. Andr.

Est victoria Diaboli, hostis acedè nobis infestis & grauis. Si saperet nobis tribulatio, inquit S. Bernardus, sic victus esset omnino diabolus, nec haberet penitus quod asferret, sufficeret nobis hoc vnum, aduersus duplicem malitiam inimici. Habet quippe nequissimus ille laqueos, habet & iacula: vitiose callidissimus venator hominum, solum sitiens sanguinem animarum. Alios telis appetit malitiosa cuiuslibet suggestionis, & in eis vulnerat multos, quorum tenuis est patientia. Alios voluptatibus irretire laborat, & in his includit multitudinem copiosam eorum, qui in terrâ repunt, aut volitant iuxta eum. Sic ergo gaudium in tribulatione, & iam non habet malignus vnde illiciat, non habet vnde deiciat: liberati sumus à laqueo venantium pariter & à verbo aspero. Nihil enim proficiet inimicus in eo, quem crux Christi delectat, si carnalem suggerit delectationem: & filius iniquitatis non apponet nocere ei, si ad exasperandum animum eius, quamlibet immittere tentauerit amaritudinem.

Decimum nonum incitamentum

243.

Tradit B. Laurentius Iustinianus in ligno vitæ tractatu de orat. c. 5. Afflictio, inquit, ac tribulatio patienter accepta, non mediocriter mentem ad orationem disponit. De hoc legitur Deut. 8. Affluxi te penuriâ & dedi tibi cibum manna. Nam prius exurit cordis rubiginem tristitia & tribulatio, & caligo vitiorum detegitur, deinde raptum & abunde incircumscripto lumine mens illustratur, atque in gaudia cuiusdam securitatis absorbetur, & quasi post defectum presentis vitæ, ultra se rapta in quandam nouitatem recreatur. Ibi mens ex immenso visionis superna rore aspergitur: ibi non se sufficere ad id ad quod rapta est, contempletur, & veritatem sentiendo videt. Hinc fit, vt qui multa hic heroicè patiuntur à linguis maledicis, soleant altissimo affectuosisimæ orationis dono, stabili, & permanenti, diuinitus confortari & recreari.

CAPVT SEPTIMUM.

Soluntur dubitationes circa tolerationem aduersitatum.

244.

Quæres primò: Cum aduersitates amoris proprio molesta, sint tantum bonum, licetne eas aliquando fugere, vel postquam inuaserunt nos, defendere nos, easque minuere excusatione aliqua vel aliis modis honestis?

Respondeo, Aduersitates huius vitæ esse triplices: aliæ sunt, quæ petunt ipsum salutis fundamentum, scilicet fidem. Aliæ sunt, quæ non tantum vni personæ, sed toti communitati nocent. Aliæ, quæ soli illi personæ, quæ aliquid patitur, nocent, sine damno communitatis, aut alterius. Si te inuadunt tribulationes primi generis, po-

tes & debes eas fugere, & declinare, & te in his defendere, ac tuam innocentiã propalare: quia tales tribulationes non solum personæ falsò inculpari, sed etiam communitati nocent, & aliis, qui inde scandalizari possent, si te crederent talem esse qualis diffamatus es. Ideò cum S. Antonius diffamatus fuisset ab Arianis, quasi illorum dogma sequeretur, relicta eremi, quam incolebat, solitudine (teste S. Athanasio in eius Vita) Alexandriam vsque descendit, & Catholica fidei contra Arianos specimen edidit, detestatus publicè Arianam hæresim. Sic S. Cyrillus in simulatæ hæresis, purgavit se per epistolas, quæ extant in Actis Concilij Ephesini, collectis à nostro Theodoro Peltano. Sic S. Basilius, ambitionis & hæresis notam sibi à Neocæsariensibus iniustam, abolere conatus est, per epistolas aliquot, & per orationem, cui titulum præxit: *Aduersus eos qui calūniantur, quod tres Deos colamus.* Hoc spiritu bono ductus Agathon humillimus & mansuetissimus, teste Rufino, calumniis probationis causa lacessitus à quibusdam, quasi superbiæ vitio teneretur, & alios despiceret, ac pro nihilo haberet, atque detraheret, ac fornicationis vitio laboraret, non se defendit, quin potius ostendit se horum omnium reum (forte id de vitâ antea in seculo actâ intelligens) sed cum eum etiã hæresi infectum assererent, negavit se hac labe fœdatum: licet, inquit, in aliis multis peccatis obnoxius sim, tamè hæresis penitus non sum; absit hoc ab animâ meâ. Tunc omnes Fratres, qui ad eum venerant, prostrauerunt se in terram ad pedes eius, obsecrantes eum ac dicentes: *Precamur te, Abba, vt nobis cur tanta vitia & peccata dicentibus nobis de te, in nullo commouis es, de verbo autem hæretici, valde se commouisti, & abominatus es nec sùfferre potuisti auditum: Dixit eis Senior: illis priores culpas, & peccata propter humilitatem (qua magna salus est anima) sustinui, vt peccatorem me esse crederetis &c. Sermonem autem de Hæresi, quem obiecitis, non potui sustinere, & valde abominatus sum, quia hæresis, separatio est à Deo. Hæreticus enim separatur à Deo vno & vero, & coniungitur Diabolo & Angelis eius. Alienatus enim à Christo, iam non habet Deum, quem exoret pro peccatis suis, quia ex omni parte perit. Alia autem peccata antea facta per penitentiam deleta, non separant hominem à Deo.*

Si etiam talibus impetaris tribulationibus, quæ non tantum tibi, sed magis communitati nocent, eò quòd vel tuum Ordinem ob res tibi imputatas reddant infamem, vel sine hoc, te in officio aliquo constitutum impediunt, ne vllum fructum facias, qui præterditur à tuis Superioribus ex tuo officio, tunc potes, imò debes, declinare tales cruces, & te defendere, imò si aliâ ratione non possis rebus tuis consulere, potes procurare modis debitis, cum debita resignatione, etiam loci & officij illius mutationem, si verè & non ex deceptione amoris proprij crucem fugientis, agnoueris, te

in

in alio loco vel officio, aliis magis, & tuo Ordini profuturum. Hoc est, quod docuit Christus Dominus, Cum persequerentur vos in Civitate ista, fugite in aliam. Quod licet omnibus (quos Ecclesiastici Officij non tenent vincula, id est, qui nec Episcopi, nec Parochi sunt) etiam tunc cum potest esse fructus, (scilicet occasio martyrij) docet S. Augustinus epistol. 180. ad Honoratum Episcopum, & S. Basilius facere suadet; Imò loco citato, in Christi verbis contineri præceptum, aiunt S. Athanasius in apologia pro fugâ suâ, & de simili scribens materiâ, & causas reddens, cur ex certo loco ad alium secesserit; & S. Chrysostomus id à Christo esse præceptum asserens (παρεργηθῆναι τῶν μαθητῶν) confirmat exemplo Isaac Patriarchæ, qui cedens invidiæ Gerarenorum Genes. 26. 17. aliò secessit; & exemplo Davidis Sauli sese subducens: idque tali secessu ac discessu ait impleri illud Apostolicum Roman. 12. 19. Date locum iræ. Quamquam hom. 54. col. 5. in Genes. dicat Christum id suis discipulis consuliisse, οὐ μελλέτε. S. Gregorius Nazianzenus idem ait à Christo suaderi, S. Ambrosius & S. Chrysologus, ac S. Thomas. Atque ita, cum S. Benedictus cedens invidiæ Florentij Presbyteri se ad Cassinense castrum transferret, convocatis discipulis suis, quos circa Sublacum relinquebat, hanc loci mutationem ob insidias Florentij se Christo iubente elegisse asserens, hoc Christi aterni Regis eloquio, inquit Gordianus S. Benedicti discipulus, cedendum locum dixit: Si vos persequuti fuerint in vna Civitate, fugite in aliam. Quocirca meritò noster Theophilus Rainaudus in aureo opere de virtutibus & vitiis ostendit, fugam quandoque laudabilem esse, & actum fortitudinis. Quocirca etiam Christus Dominus postquam cœpit docere Evangelium, non tantùm tunc se subtraxit, cum illi immineret mors, (cuius nondum hora venerat) sed etiam cum videret se impediri, & alibi sine impedimentis suam traditurum & cum fructu maiore aliis doctrinam, aliò secessit, non semel, uti disertè scribitur in Evangelio. Cùm enim in Nazareth è supercilio montis eum præcipitare vellet, reuersus est in Capharnaum, vnde venerat. Et cùm Pharisei cum Herodianis consilium facerent aduersus eum, quomodo eum perderent, cum discipulis suis secessit ad mare. Cùm eum deseruissent aliqui ex discipulis, audito sermone illo de promissâ suæ carnis manducatione, Ioan. 6. post hac ambulabat in Galileam, nolens ambulare in Iudeam, quia querebant eum Iudæi interficere. Cùm præconem laudum suarum audiuisset iussu Herodis occisum, secessit inde in nauiculam, in locum desertum seorsum: ne, ut ait Cornelius noster, sicut Ioannem, se incarceraret. Cùm Iudæi audito eius sermone, tulissent lapides, ut iacerent in eum,

Iesus abscondit se, & exiit de templo. Iterum cùm eum lapidare vellent altero eius sermone audito, exiit de manibus eorum, & abiit iterum trans Iordanem. Postea cùm iterum Iudæi cogitarent ut interficerent eum; iam non in palam ambulabat apud eos, sed abiit in regionem iuxta desertum in civitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Imò præuidens futuram perfectionem, & suæ impedimenta futura doctrinæ, se subducebat, & aliò transibat. Ideò cùm audisset Ioannem esse traditum, & rescisse Phariseos, quòd plures discipulos faceret quàm Ioannes, reliquit Iudeam, & abiit iterum in Galileam. Eum imitati eius Discipuli eo viuente, multò ante mortem eius fugerunt, ut obseruauit hoc ipsum confirmans, S. Augustinus aliquot in locis, refutans Gaudentij Donatistarum Episcopi doctrinam contrariam, damnantis consilium Augustini, fugam in quibusdam occasionebus suadentis. Simili modo & Apostolus Paulus fugit, & iterum cum Barnabâ. Paulus fugit, inquit S. Ambrosius, ut Evangelium Domini toto orbe predicaret, & idè in Paradisum raptus est. Et S. Gregorius: secessum à certamine petiit, & pugnaturus felicius, ad alia se seruaui bella. Christi & Apostolorum exemplo Sancti quoque viri alij quandoque fugerunt, & Episcopatus deseruerunt, ac patriam, ob impedimenta, quæ ab aduersariis patiebantur. Melius est, inquit S. Ambrosius, emigrare cum gratiâ, quàm cohabitare cum discordiâ. Sic S. Narcissus Episcopus Hierosolymitanus sanctitate & miraculis illustris, cedens calumniis suorum subditorum, eius disciplinam detrectantium, etsi nullam fidem apud populum inuenissent, ut scribit Eusebius & Baronius, in secretam solitudinem se recepit, sine præiudicio patientiæ, & multis annis vitam anachoreticam duxit. Concedamus aliquid, inquit S. Ambrosius, donec tempore indignatio molliatur, offensionis subrepat obliuio. Itaque patientia nec exitium reformidat, sed impigre suscipit: non tam ut periculum salutis, quàm ut incertinum scelus declinet. Illud nimirum, quod contrahunt iniqui persecutores, dum seruos Dei inuadunt linguis maledicis. Simili modo S. Basilius & S. Nazianzenus, Monachorum & aliorum persecutioni cedentes, aliò secesserunt, ut scribit S. Nazianzenus. Imò S. Nazianzenus Episcopatum resignauit post tricenariam Constantinopoli commorationem ob calumnias aliorum, ut ipse de se scribit. Melius est, inquit S. Ambrosius, sine lite abire, quàm resistere cum iurgio. Et quod maius est, Christus Dominus, quamuis dixerit, se non esse missum nisi ad oues quæ perierunt Domus Israel (hoc est Iudæicas) & quamuis Apostolis vetuerit, ut ne quidem irent in viam gentium, tamen mutato postea consilio post resurrectionem misit eos ad docendum omnes gentes. Non quòd & ad gentes non missus sit, ait S. Hieronymus, sed quòd

Ioan. 10. 33-34.
Ioan. 11. 54.
Ioan. 4. 1.
Marth. 4. 12.
Mar. 1. 14.
Aug. 1. de oper. mō. cap. 27. l. cont. Gaudent. c. 16. 17. & r. 49. in Ioan. 249.
Act. 9. 25. & c. 17. 14. & 2.
Cor. 11. vit. Act. 14. 6.
Amb. 1. de fug. sec. cap. 9.
Greg. 1. 31. mor. c. 14. 250.
1. 1. de Abr. cap. 3.
Euseb. 1. 6. hist. c. 8. & 9. Bar. An. 199.
1. 2. de Iacob. c. 4.
Orat. de laud. Basil. or. 3. & in Carm. de sua vit. 1. 2. de Iacob. c. 5.
Marth. 15. 24.
Marth. 10. 5.
Marth. vlt. 19.
1. 2. in c. 15. Marth.



primū missus sit ad Israel: ut illis non recipientibus Euangelium; iusta fieret ad gentes transmigratio. Postquam enim, inquit S. Iudorus Pelusiotra, obstinam Iudeorum improbitatem perspexit, ac contra Gentes ad bonum flexiles esse reperit, atque illos mortem quoque sibi & crucem comparasse, hos autem ad orationem ac Deitatis confessionem obtulisse, a mortuis resurgens, Discipulis, ut gentes omnes docerent, mandauit: Iudeorum videlicet malignitatem & iniquitatem repudiare. Et Apostoli, videntes duritiam Iudeorum & impedimenta, quae eorum doctrinae ac personis obiciebant, relictae Iudaeis, transtulerunt se ad docendas gentes. Si ergo ob impedimenta Auditorum, licuit declinare persecutiones eo in loco, in quo erat necessaria absolutē ad salutem cognitio, & praedicatio Euangelij, multo magis licebit subtrahere se ob persecutiones nocentes doctrinae, non ita necessariae ad salutem, vel ad regimen aliorum, uti est necessarium Euangelium, quando alibi vtilius & sine impedimenti ea tradi potest. Hoc modo S. Benedictus extructis 12. Monasteriis circa Sublacum, inde cum paucis Monachis discessit, cedens persecutioni Florētij Presbyteri, & audita eius infelici morte breui subsecuta reuerti eod nonuit, sed post annos triginta quinque in illis montibus & solitudine transactos (ut scribit Lauretus infra citandus) ad montem Cassinum secessit, ibique nouum Monasterium, in quo post diem clauit extremum, extruxit, ut scribit S. Gregorius Papa in eius Vita. Ibi autem vixit annis 18. & aliquot mensibus. Immo Cardinalis Baronius tomo 7. addit, S. Benedictum inde migrasse Cassinum, vitantem Fratrum, quibus praerat, inuidiam: quod vltimum negat D. Matthaeus Lauretus supra citatus in Annot. ad Vitam S. Benedicti: idque ait S. Benedictum fecisse Christi Dei iussu Gordianus S. Benedicti discipulus in Vita S. Placidi cap. 5. Et S. Zacharias Papa primus, in quodam Priuilegio concesso Monasterio Cassinensi, & innuit Baronius. Horum exemplum secutus S. P. N. Ignatius, post tolerata carceris incommoda Compluti, vbi iniuste inclusus fuerat, videns a Vicario Episcopi eo in loco cursum suum impediri, aditumque sibi ad salutem proximorum intercludi secessit Salmanticam, ut scribit Ribadeneira. Simili modo, cum etiam Salmantica fuisset in carcerem deuersus, & sibi vitium videret, ne quod peccatum mortale, quod veniale esset, cum sociis suis desiniret, nisi quatuor adhuc annos in litterarum studio possuissent, videns Salmanticae tantum impedimentum obici suis consiliis, alio sibi emigrandum existimauit, eamque ob causam Parisios se transtulit, ut habet Ribadeneira. Deinde cum ob adiutos plerisque studiosos in pietatis studiis, virgatum publicarum periculum Parisiis incurrisset, graui oratione causas Rectori Collegij illius exposuit, quibus illud confusionis &

persecutionis paratum sibi ludibrium effugit, quippe diuinae gloriae propugnandae noxium, ut idem Ribadeneira scribit.

Itaque, ut hoc punctum finiam, vsurpare iuste possunt ij, qui loca quaedam, ob persecutiones, bonis modis deserunt & mutant, quod scribit S. Bernardus: *Fugere persecutionem, non est culpa fugientis, sed persequentis.* Sicut autem licet, & sapē opus est, persecutiones per fugam vel loci mutationem declinare, ut dictum est, ita licet easdem ob causas, iusta defensione suam purgare innocentiam, adhibitis etiam aliorum suffragijs & testimoniis nostrae innocentiae. Id eod Christus Dominus, etsi in toto accusacionibus taceret, & coram Principe Sacerdotum Caipha, & coram Herode, & coram Pilato, tamen volens exemplo suo docere, pro defensione necessariā suā innocentiae, quandoque respondendum esse, respondit iniurioso percussori: *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cadis?* Et quamuis infatigabili desiderio arderet quam plurima nostri causa patiendi, & posset impedire omnia sibi contraria, respectam tamen habens hominum malignitatem, etiam tunc dum multi visis signis eius crederent in illum, ipse tamen Iesus, non credebat semetipsum us, eod quod ipse nosset omnes. Et hanc quoque S. Ignatius ob causam non semel publica Magistratum testimonia pro se & suis procurauit, ad defensionem necessariam suae & suorum innocentiae, uti scribit Ribadeneira. Quocirca sententia Terulliani, qui nunquam licere fugere vlli Christiano existimauit, merito damnata est, illiusque de fuga in persecutione librum, aduersus Ecclesiam scriptum, ait esse S. Hieronymus in Catalogo de Scriptoribus Ecclesiasticis. Nec obstat illud Ioannis, vbi mercenarij proprium dicitur esse, *fugere lupo veniente* (quo loco abusus est Gaudentius Donatistarum Episcopus contra S. Augustinum, fugam in quadam necessitate suadentem) hinc enim id tantum colligitur, ut bene explicat Maldonatus (iuxta doctrinam S. Augustini supra citatam) in comment. Ioan. *Pastori non licere fugere ab ouibus non relicto illis vicario sui loco, nisi forte ad breuissimum tempus, ex quo nil detrimenti secuturum sit.* Cum autem solus quaeritur Pastor, & ouibus aliunde prospectum est, licere illi fugere: praetertim, si animę proprie periculum certum reformidet. Denique si aduersitates nulli noceant, sed soli personae quae patitur, nec inde redundet damnum in alios non debent vilo modo declinari tales persecutiones, & crucēs, sed tanquam singularia dona caelestia optari, & queri modis debitis. In omnibus, inquit S. Nilus, quando a Deo corripitur, ne murmura castigat enim ut Pater, ideoque, ut benefactor, dignus est, qui gratiarum actione celebretur. Hoc enim, ait S. Chryl. congruit fidelibus seruis, non modo inter beneficia, sed in ipsis quoque supplicijs & cruciati- bus, Deo gratias agere, eiq, omnia accepta referre.

Qua-

344. *Quæres secundò.* Si tantum bonum sunt aduerſitates amor proprio moleſtæ, cur ergo & S. David toties petit liberari à periculis, ab inimicis, à perſecutionibus; & S. Eccleſia in publicis precibus ſæpè, & in Miſſâ petit eſſe ab aduerſitatibus immunis?

Reſpondeo: Et S. Davidem, & S. Eccleſiam ab illis aduerſitatibus petere liberationem, quæ non vni tantam perſonæ nocent, ſed communitatibus, vti ſunt bella, peſtilentiæ, hæreticorum oppugnationes, & his ſimilia. Deinde etiam illas perſonales aduerſitates petit abigi ab illis, qui ob defectum virtutis, præſertim patientiæ: & fortitudinis, non poſſunt illas tolerare ſine peccato, vel ſine periculo peccati: vti ſunt etiam tentationes dæmonum. Illi verò qui Dei gratiâ freti ſentiunt ſe potentes ad toleranda omnia iſtis ſolis nocentia, eſſi poſſent petere liberationem ab illis, quia id peccatum non eſt, perfectiùs tamen eſt, velle in illis permanere. Ideò, vt ſuprà vidimus, Sancti non petebant liberationem ab illis, ſed potius incrementum earum.

Reſpondeo ſecundò. Cum S. Auguſtino, qui explicans illa verba Pſalmi: Erue me de manibus inimicorum meorum, & à perſequentibus me. *Intelligedi ſunt, inquit, inimici, contra quos orandū eſt: Illi inimici ſunt diabolus & angeli eius: ipſi nobis inuident regnum calorum: ipſi nolunt, vt nos aſcendamus illuc: vnde illi decedi ſunt. Ab his oremus erus animam noſtram.* Quando ergo in Pſalmis leges ſimilia verba, de inimicis & perſecutoribus infernalibus ea intellige recitans pſalmos.

355. *Quæres tertio.* Quomodo ſe debet extendere amor & deſiderium tolerandi ea, quæ amor proprio diſplicent?

Reſpondeo. Eam qui ad ſummam vitæ ſanctimoniam conſequendam aſpirat, debere deſiderare moleſta amor proprio, his modis:

I. Vt maneat in tali loco, ſcilicet ciuitate, domicilio, cubiculo, à quo abhorret eius amor proprius.

II. Vt maneat ſub talibus & cum talibus perſonis, præſertim Superioribus, non addictis, erga quos habet aliquam naturalem antipathiam, vel ſcit ſibi eſſe offenſas, aut eſſe ſuos cenſores.

III. Vt tale officium, vel occupatio ei imponatur, à quâ abhorret.

IV. Vt omnia eius diſta, facta, & res eius improbentur, & in malam partem accipiantur.

V. Vt omnia ei negentur quæ deſiderat.

VI. Vt perpetuas patiatur & audiat ſui accuſationes, detractiones, contumelias, conuicta, deſpectus, degradationes, non promotiones, & ſit tanquam ſignum quoddam in quod vibrentur omnia genera moleſtiarum.

VII. Vt ex Dei amote, ſine ſua culpâ & cauſa, per aduerſitates nu. 6. commemoratas, faciat iacturam rerum omnium amor proprio placentium, dependentium à liberâ hominum volun-

tate, vti ſunt, bona apud alios opinio de nobis, bona fama, laudes, fauores, honores, officia & gradus ſpecioſi, promotiones, concurſus hominum, applauſus, & ſimilia: & his contraria ſemper & vbique experiatur: præſertim, tria illa quæ Deo reuelantè didicerat B. Angela de Fulgino *c. 58. vitæ.* affociariſſe perpetuò vitam Chriſti, ſcilicet perfectiſſimam, continuam, & ſummam paupertatem: perfectiſſimam, ſummam & continuam deſpectum: perfectiſſimum, continuum & ſummum dolorem & perpetuum laborem: quem P. Balthaſar Aluarez his tribus adiungebat, & optabat, optandumque dicebat ab omnibus Dei amatoribus, vt ſcribit in eius Vita P. Ludouicus de Ponte. Hæc ergo deſideret amator tertij F. Nam, vt ait S. Gregorius, *Qui perfectè Deo placere deſiderat, ſibi de ſe nihil cap. 4. relinquat.*

VIII. Vt non habeat vllum ſui deſenſorem & patronum in perſecutionibus, ſed ſit dereliectus ab omnibus; vt poſſit tenero affectu dicere cum Pſalte: *Pater meus & mater mea dereliquerunt me.*

IX. Vt deſenſiones eius ab eo non quaſitæ, ſuſceptæ ab aliis, cedant in maiorem eius humiliationem externam, & internam contemptum.

X. Vt ne quidem Deus eum liberet ab iis quæ patitur, quò magis annihiletur per aduerſitates & contradictiones. Denique hoc ipſo quòd ei aliquid diſplicet, & ab eo tolerari poſſit, toleret.

Hæc tamen ſibi contingere oportet, ſine vlla Dei offenſa, & ſine impedimento diuinæ gloriæ, & damno aliorum, & vt omnia talia ab aduerſariis fiant ex bono zelo, ob bonum finem, & cum merito eorum, ſaltem ex formatâ ab iis bonâ conſcientiâ, quantum eis ſatis ſit, ne te inuadendo Deum offendant, quin potius, mereatur, ſe præſtare Deo obſequium putantes, dum te humiliant & perſequuntur.

Idèd S. Iob, vt notat Tertullianus, *Quæ amiſerat duplicata poſſedit, & ſi filios quoque reſtitui voluiſſet, Pater iterum vocaretur. Sed maluit in illo die reddi ſibi tantum gaudij, ſcilicet, de orbitate ex filiis amiſſis relictæ, ſuſtinuit tam voluntariam orbitatem ne ſine aliquâ patientiâ viueret.* *l. de pat. cap. 14.*

Quæres quariò. Quomodo in praxi ſe gerere debet amator tertij F. dum circumdatus eſt rebus amor proprio moleſtis, & patitur aliquid ſine damno aliorum; cum, vt ait S. Bernardus, *Nemo ex omnibus filiis Adæ ſine labore hic vinit, nemo ſine dolore: & qui declinat aliquos, incidit in grauiores, ſic ſaltem laborandum vnicuique vt labor & dolor in cibos tranſeat ſalutares.* *256.*

Primò, itaque afflicto laboribus & doloribus aduerſitatum homini, ſeruanda ſunt ea omnia, quæ ſuprà allata ſunt cap. 5. exequenda erga perſonas nobis moleſtas, & erga res nobis diſplicentes, & erga Deum immittentem vel perſequentem, & erga nos ipſos. *n. 157. & ſeqq.*

257. *Secundò.* Consideret, an sint vera ea omnia quæ ei adscribuntur, eumque affligunt. Nam si vera sunt, agnoscat sibi id meritò adscribi, tanquam pœnam peccatis suis debitam, aut correctionem defectus, et si esset inculpabilis, id acceptet. Si verò non sunt vera, gaudeat, quod habeat occasionem pro Deo id æquo animo tolerandi, & sibi Deum obligandi (vt dixit S. Chrysofostomus suprâ citatus) & Christo suo Imperatori & Domino, pro nobis plura passio se conformandi. *Alioquin malus miles est, vt ait Seneca, qui Imperatorem gemens sequitur.* Pulchrè hoc explicat S. Chrysofostomus: *Non possum, inquis, inimicorum contumelias tolerare. Quam ob causam? Nam si verè accusaris, etiam coram compungi deberes. & gratiam ei habere: si falsò, deride. Et infra. Si contumeliam contumeliâ prosequeris, ignem excitabis: Si contrâ contumeliosè responderis; materiam dabis vt vera putentur quorum argueris. Quare enim diues, si pauper appellatur, rideat: Quoniam falsam id nouit. Itidem si nos iniurias ridebimus, magnum erit argumentum, quod falsò reprehendamus. Cùm Socrati cicutam hausturo coniunx plorans dixisset; Mi vir, innocens morieris: Socrates respondit: Quid: num me nocentem malles mori? Ita planè hinc nobis maxime dulces esse debet persecutiones & cruces, cum innocentes patimur. Et, vt monet Blefillam S. Hieronymus: E duobus elige quod velis, aut Sancta es, & probaris: aut peccatrix. Et iniuste quereris, minorâ sustinens, quam merearis. In hunc sensum & Seneca scripsit: Dicitur aliquis de te malè locutus, cogita an prior feceris: cogita, de quam multo loquaris. Cogitemus, inquam, alios non facere iniuriam sed reponere, alios pro nobis facere, alios coactos facere, alios ignorantes, etiam eos qui volentes sciensq; faciunt ex iniuriâ nostrâ non ipsam iniuriam petere. Aut dulcedine probamatis prolapsus est, aut fecit aliquid, non vt nobis obesser, sed quia consequi ipse non poterat, nisi nos repulisset. Quisquis ad se retulerit, quoties ipse in suspicionem falsam incidit, quam multo officio suo fortuna speciem iniuriæ induerit, quam multos post odium amare cepit, poterit non statim irasci. Vtique si sibi tacitus ad singula, quibus offenditur, dixerit: Hæc & ipse commisi. Sed vbi tam æquum iudicem inuenies?*

259. *Tertiò.* Silentio premit omnes persecutiones & afflictiones personales, nulli alteri nocentes, non expostulando cum vllò, multò minus exprobando, qui modus silentii est ferax incredibilium meritorum, in hac vitâ & coronarum celestium in alterâ. Ideò in Opusculo de modis ferendi crucem Christi, proposui multos modos silentii, tempore tribulationum, & hoc clamoso in auribus Dei silentio, honorandi & imitandi silentium Verbi Incarnati, qui tum aliàs, tum coram Pilato (cuius beneficio poterat liberari à morte) accusatus à personis, vt videbatur vulgò, fide dignis, nuntium Principibus Sacerdotum & Senioribus populi, & à vulgò, ita silebat, vt miraretur Pilatus. Ita clamans in deserto & in cruce Verbum Incarna-

tum, siluit tui causa tunc, dum inimici eius, eum Barrabæ latroni & homicidæ postporent, & vt crucifigeretur, toto conatu instarent. Quamobrem meritò eum commendans B. Laurentius Iustinianus, vocat, in accusationibus tacitum.

Quartò. Attribuat illas non malignitati, sed bono zelo aliorum, ideoque existimet eos mereri, talibus rebus te exagitando.

Quintò. Conetur & heroicâ compressione exurgens impatientiæ, & precibus, id assequi, vt sustineat res aduersas, sine dolore ac mœrore partis inferioris. Quod etsi rarissimum sit Deo donum, certum tamen est, aliquibus à Deo cõcedi, qui toto conatu sese diuino obsequio & perfectioni eum diuinâ gratiâ quærendæ impendunt. Tales fuerunt Apostoli & multi alij. Talis fuit S. Chrysofostomus, qui incredibilia passus, non tantum ab Imperatrice Eudoxiâ, sed & ab Episcopis & Monachis, & ab aliis, ideoque non semel in exilium pulsus, & tempore exilij febre laborans, nocte obscurissimâ coactus Cæsareâ excedere, lætatur. Vnde scribens ad Olympiadem piam Diaconissam, ait: *Quis tandem*

alia, que nobis in viâ perferenda fuerunt, oratione complecti queat: mortes: pericula: quæ quidem ipse quodidie recordans, animòq; circumferens, præ lætitiâ voluit & exulto, velut ingentem thesaurum reconditum habens. Nam hoc animo atque hoc affectu præditus sum. Ob idq; te obsecro, vt hoc nomine læteris, gaudeas, exultes, Deumq; cuius beneficio hoc consecuti sumus, vt tanta perpeteremur, laudes ac celebres. Talis fuit, teste oculato S. Ioanne Climaco, Laurentius octogenarius, qui à suo Abbate initio prandij auocatus à

mensa, per duas circiter horas coram ipso stetit immobilis, ne quidem vllam malignam cogitationem contra Abbatem comedentem passus, ipse ieiunus. Talis erat ibidem Abbacyrus, qui annis 15. maximis iniuriis ab omnibus ferè exagitatus, & quinque mensis à ministris fugatus, sine vllâ molestiâ tolerauit omnia. Talis fuit ibidem à S. Climaco laudatus Macedonius Archidiaconus, qui ob tardum reditum ex itinere, pulsus è Monasterio in exilium 40. dierum, & in Nouitiorum classem retrusus, & acriter increpatus, id suscepit sine mœrore, vt quasi non ipse, sed alius videretur increpatus. Talis etiam fuit S. P. N. Ignatius, qui, (vt legimus in Relationibus pro eo canonizando factis, tum à Sacra Rotæ Romanæ Auditoribus, tum à Cardinalibus Sacrorum Rituum) lætitiâ perfruebatur, dum irrisiones, opprobria, confusiones, iniurias, & persecutiones pateretur, & aliquid aduersus suam ipsius personam & honorem inferri cereret. Quâ de re sic

gr. 4. 261. 262. S. Ioannes Climacus scribit: Qui in his casibus, qui contingunt, non perturbatur, neque animo læscit, is, vt fortissimus bellator, ab Angelis glorificabitur. Ad hoc sic excitat S. Bernardus: In tempore tentationis, consolare, & dic cum Sponsa: Trahe me post te, in odore vnguentorum tuorum curremus. Sic te non deseret spes in tempore malo, nec in bono providentia deerit, et iij. inier

inter aduersa & prospera mutabilium temporum, tenens quandam aeternitatis imaginem; vtiq; hanc inuolabilem & inconcussam constantis animi aequalitatem; benedicens Dominum in omni tempore; proindeq; vendicans tibi etiam in huius mutabilium seculi dubiis eventibus, certisq; defectibus, perennis quodammodo incommutabilitatis statum, dum te coperis renouare & reformare in insigne illud antiquum similitudinis aeterni Dei, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo obumbratio. Quippe sicut ipse est, ita & tu eris in hoc mundo, nec in aduersis timidus, nec in prosperis dissolutus & cogens, vt dignum est, seculum istud, quod propter se factum fuit, versa vice mirum in modum conformari sibi, dum omnia ei cooperari in bonum incipiunt.

Porro gaudere in aduersitatibus, perfectorum est. Triplicem, inquit S. Bernardus alio in loco, hic licet considerare gradum, incipientium, proficientium, perfectorum. Qui incipit a timore, crucem Christi sustinet patienter, qui proficit in spe, porcat libenter, qui vero consummatur in charitate, amplectitur iam ardentem. Solus etenim iste est, qui dicere possit: Amator tuus semper fui, & desideravi amplecti te &c. Felix anima, quae ad hunc charitatis peruenerit statum. Sanè omnes Christiani tali animi robore praediti esse deberent; siquidem Tertullianus ait: Christianus extra carcerem seculo renunciauit, in carcere autem etiam in carceri.

265. Sexto. Non quaerat sui defensores, & Patronos, & Consolutores in aduersitatibus; ne quidem a Deo petat liberationem ab iis crucibus, quae nulli alteri nocent. Graue enim & intolerabile est, inquit S. Chryostomus, non habere consolatorem. Quod & Propheta deplorat: Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.

264. Septimo. Non alleuet sensum doloris percepti ex tribulationibus, aut effusione lachrymarum, aut manifestatione eorum quae inique patitur, aut consideratione piarum rerum, si absque illa sentit se, ita vti par est, eas toleraturum. Ita fegellit S. Ioseph, fratrum malevolentiam deuolurus ad magnas calamitates. Nam, vt scribit S. Chryostomus, cum esset ille innocens in carcere, & vinculis, Nec dixit, nec cogitauit; Haccine somniorum remuneratio est; haccine pudicitiae praemia? Praecepta ac solidam iudicium, iniqua sententia, atque improba rursus in existimatio. Tanquam scortator nuper domo paternae eiecitus sum, tanquam adulter, & muliebri pudicitiae possessor, ac violator in carcerem nunc ductor, atque omnes de me sententiam ferunt. Ac fratres quidem, a quibus adorandus eram (hac enim somnia ostendebant) in libertate & securitate ac deliciis, atque in patria ac paternae domo sunt; ego autem, in cuius imperio & potestate futuri erant, cum sepulchrorum effossoribus, cum praedonibus, cum siccibus hic vincus tenor. Ac ne patrius quidem sedibus exturbatus, tumultibus negotisq; liberor, verum etiam in exterâ regione, barathra nos rursus ac praecuti mucrones excipiunt. Cumq; ea quae tantum scelus perpetravit, ac tantam

in me calumniam struxit, atque vtriusque sceleris nomine supplicium extremum meretur, choros nunc agat & exultet, ac velut victoriam ac luculentam palmam adeptus, caput coronâ redimitum habeat, ego contra, qui nil sceleris admisi, grauissimam poenam pendo. Nihil horum ille aut locutus est, aut mento agitauit. Verum vt pugil per coronas gradiens, sic ipse laeto atque hilari animo erat, atque ita comparato, vt iniuriarum, quas a fratribus, & ab adulterâ acceperat, memoriam nullam retineret. Quando tamen periculum esset cadendi sub cruce, erigendus est animus considerationibus ad id accommodatis. Hanc ob causam ep. 16. S. Chryostomus Olympiadi Diaconissae suae, ne succumberet in continuis tribulationibus: Ne crebras, imò perpetuas acerbitates, quae tibi inferuntur, ante oculos tibi propones, verum celerrimam eorum depulsionem, eamq; quae hinc tibi paritur omni oratione praestantiorum remunerationem. Nam quod aranea tela & umbra, & fumus est, & si quid huic vilis fingi potest, hoc sunt omnes tibi inflictae aduersitates, si cum iis premiis conferantur, quae hinc tibi tribuenda sunt &c. Quamobrem infidias, vexationes, opum iacturam, continuas locorum mutationes, atque in exterâ regione commorationem considerare supercede, atque hanc luto quouis vilis proculcans, eos thesauros, qui hinc tibi in caelo creantur, questumq; qui exhauriri & consumi nequit, atque opes ab omni praedonum iniuriâ tutas & immunes animo perpende.

266. Octauo. Impediat, si quis veller aut vindictam sumere de aduersariis, vel eos aceusare, aut tui defensionem suscipere.

Nono. Imò, quantum fieri potest, obliuiscatur iniuriarum. Nam, vt ait S. Chryostomus, In malorum memoria permanere, nullum peius est malum.

267. Decimo. Tales habeat pro maioribus amicis & benefactoribus, qui cum affligunt, quam alios, qui honorant, & laudant, ac promouent.

268. Vndecimo. Non deferat loca & occupationes, quarum occasione aliquid passus est: ideoque non desistat à bene caeptis ob contrarietates.

Cum bona feceris, inquit S. Chryostomus, & contraria receperis, ne concidas, neque soluas promptitudinem, neque seignior fias, sed magis in se cum maiori alacritate. Quomiam & Apostoli quando predicabant, etsi flagellabantur, lapidabantur, carceres habitabant, non solum post periculorum liberationem, sed & in ipsis periculis cum maiore promptitudine veritatis praconium enunciabant. Et tu hos Sanctos amulare, & à bonis operibus, etsi millies te interpellantem diabolum videris, nunquam abstillas. Amantis enim maxime est, nunquam ab his quae amato placent abstinere. Mollis autem & ignauus, ex primo statim impetu concider, vehemens autem & excitatus, etsi millies interpelletur, tantò magis diuini rebus instabit, quantum in se est, omnia implens, & in omnibus gratus agens. Pulchre hoc ipsum alibi sic illustrat: Gubernatores cum mare furore percitum & excitatum, atque ingentem tempestatem ac turbinem cernunt, non modò nauim non deserunt, sed etiam tunc maiore studio atque animi promptitudine

265.

ep. 16.

266.

h. 12 ad pop.

267.

268.

hom. 1. ad pop.

ep. 123.

vtun-

viuntur, tum ipsi vigilantes, tum alios excitantes. Mediciq; rursus cum febrem excitatam esse ac vehementer saure proficiunt, agrotum non modo non relinquunt verum etiam tum demum & per se, & per alios ad profigandum morbum plus studij atque opera adhibent. Quorsum hac commemoratio: nimirum, ut ne quis vos ob exortum tumultum adducat, ut Phanicam (in qua conuersioni gentilium vacabant illi, ad quos scribit, Presbyteri & Monachi) relinquat, ex eaque scedat, quin potius, quod plures difficultates vobis obiciuntur, ad constantius laboreis, ne prestantissima vestra substantia corrumpatur, nec tantus vester labor fructu careat, susceptaque in animarum cultu opera deleatur. Potest enim Deus & hunc tumultum sedare, & patientie mercedem vobis numerare. Neque enim tanta vobis merces constituta erat, cum negotia sine vlla difficultate ac molestia consuebantur, quanta nunc est, cum magna difficultas proponitur, ingens perturbatio, multig; sunt, qui offensionem adferant. Et alibi: Cum omnia quiesca & tranquilla sunt, nec quisquam est, qui bellum inferat, nonnullos ad pietatem erudire, cuiuslibet hominis est, ac cum diabolus furit, ac demones arma induunt, sorti animo stare, atque eos qui ab illius partibus stant eripere, & ceteros, ne in illius manus incidant, impedire; hoc demum strenui viri est, hoc animi vigilantis, hoc sublimis & exprorecte mentis, hoc sexcentis coronis, ac premiis omni, sermone prestantioribus dignum, hoc denique Apostolicum facinus.

ep. 125.

269. Duodecimò. Etiam erga mortuos, qui eum affligerunt, ostendat suum amorem, orando pro illis, honorificè de iis loquendo &c.

Decimo tertio. Etiam cognatos & amicos se tribulantium, hoc respectu amet, beneficiat iis & omnia ea praestet, quae praestare iubet charitas erga eos, qui nos affligunt, vel affligerunt.

Decimo quarto. Gaudeat de prospero successu eorum, qui fuerunt causa alicuius afflictionis, & de contrario doleat.

270. Decimo quinto. Habeat pro felici die, in quo aliquid passus est, & pro infelici, in quo nil passus est; iuxta illud S. Climaci: Is qui ad placidam animi quietem & ad Deum currit, omni die, quo maledicta non sustinet, ingens detrimentum se sustinuisse arbitretur.

271. Decimo sexto. Amet magis illas Prouincias & domicilia, in quibus aliquid passus est, quam eas in quibus laudabatur vel honorabatur, & hunc amorem factis & verbis non fucatis ostendat. Verè enim scripsit S. Chryostomus, Vnam duntaxat rem molestam esse, nempe peccatum: reliqua omnia, pulueris ac sumi instar esse. Quae molestia carcere claudit, ac catenis vincitur: Quae molestia calamitatis premi, cum calamitas tantarum opum causa sit: Quae molestia honorum proscriptio est. Mera verba haec sunt, rerum acerbitate vacua, verba maroris expertia. Nam si memorem dixeris, natura debitum dicis, quod quidem omnibus subeundum est; etiam si à nemine inferatur: siue exitum dixeris, nihil aliud dicis, quam regionem & multarum ciuitatum prospectum: siue honorum proscriptio dixeris, libertatem dicis, ac solutum & expeditum esse.

ep. 14. ad Olymp.

Decimo septimo. Denique contemnat aduersitates, tanquam res nullius momenti. Quae de re sic S. Chryostomus: Inquis, Grauius res est aduersitas, sed eam contemne. Siquidem conuicia & contumelias ac probra & offendicula ea, quae ab inimicis obiciuntur, & insidias, indumento vetustate consumpto ac lane iam exesa comparans, his verbis virebatur Propheta: Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis; & sicut lanam, sic deuorabit eos tineae. Quocirca imperfecta esset illa patientia & crucis amor, si hoc solum in nobis esset, quod S. Augustinus Deum in personam incipientium & imperfectorum loquens de praecipis tantum, non de consiliis Domini, scriptum reliquit: Tolerare eas iubet, non amare: nemo quod tolerat, amat, etsi tolerare amet. Quamuis enim gaudet se tolerare, tamen maualt non esse quod toleret. Scilicet & tyro imperfectus in amore crucis.

Ila. 51.

1. ro. C. 6.

cap. 18.

Plures modos aequo animo ferendi ea, quae displicent amori proprio explicauit in Opuculo de modis ferendi crucem Christi c. 5. & 8.

Sed ne deueniatur ad iniquas inuisiones aliorum, seruanda sunt illa tria monita, quae laudat & commemorat S. Ambrosius, data à quodam Philosopho dicente: Hac bono viro messe, ut elaboret primum, ut omnes amicos faciat, secundum, ut si non potest amicos facere, certè nec inimicos; tertium, ut si nec istud superstit ex sententiâ discedat: hoc est, si contentio aliqua oriatur occasione diuersorum iudiciorum, de re aliqua, circa quam sine peccato, variè possint esse sententiae. Dicit Philosophus addit statim S. Pauli decretum, pacificum Dei populum informare volentis: Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Deinde, si hoc non potest, certè nec discordias, nec inimicitias moueant. Ideo addidit: Non vos vindicantes, charissimi; cui tamen contrarium, quarto loco, ille vir ex Philosophia profectus disciplina suadebat.

lib. 2. de Abrah. cap. 6.

Rom. 11.

Sit ergo nobis cordi tertium F. & iuxta monita hic tradita procedamus. Vita enim ad eorum normam transacta, est certa testera fidelium Dei seruorum, teste Deo Patre, qui haec S. Catharinae Senensi dixit: Serui mei fideles letantur se tribulari, & vestiri poena & opprobriis Iesu Christi Crucifixi. Unde si possibile foret eis habere virtutes absque laboriosa poena, non acceptarent. Potius enim eligunt in cruce cum Iesu Christo delectari, & cum poena virtutem acquirere, quam alio modo vitam aeternam habere, quia sunt in sanguine suffocati & immersi vbi reperunt ignitam charitatem meam, quae charitas est velut ignis succensus, qui rapit mentem eorum. Ceterum solentur se afflictis, Dei iudicio. Nam, ut ait S. Ambrosius, Manet ante Deum infestus, etiam si condemnerur ab hominibus, quia Deus non iudiciorum exitus, nec cum interitis nequitia committis negotia, sed nudam expectat negotiorum naturam. In examine autem hominum falsae opinionis error plerumque obducit vim veritatis. Manebat apud Deum Susanna pudica valde, etiam cum damnaretur ad ultimum,

273.

Dial. 4. 84.

274.

lib. 2. de Abrah. cap. 6.

13. c. 36. 14. dei

rio, quia Deus non assertionibus salforum, facti examinat fidem, sed inima conscientiam mentis interrogabit.

Denique, ut monet S. Chryostomus, cum multis referta sit perturbationibus vita nostra, & tumultuum plena presens conditio sit, tumultus istos & perturbationes, vel ad moderatorem formam traducere, vel patienter & sine dolore ferre elaboremus, ne iactatam multis curis vitam degamus. Non enim in illa unum rerum euentu perturbatio ac tumultus est, sed in nobis atque animis nostris: qui si bene constituti fuerint, quamuis sexcenta viderentur oriantur tempestates, in tranquillo ac portu perpetuo requiescimus. Licet hoc & in corporibus cerneret: qui enim confirmato est corpore ad valetudinem, quamuis inaequali cali varietate oppugnetur, non modo nihil mali accipit, sed etiam accessionem roboris exercitatione & intemperie consuetudine facit. Sin imbecillum corpus habeat, quamuis optimi cali fruatur temperatione, nullus tamen illi fractus ex hac cali aequalitate erit, cum hac intestina imbecillitas, cali etiam bonitate ledatur. Hoc quidem & in ciliaris cernimus. Quando enim firmus & corroboratus nobis venit est, quodcumque receperit, quavis id graue, quamuis ad consequendum difficile sit, in bonum illud transfundit succum, naturali temperatione, ubi malitiam superante. Quando vero firmitas eius enervata, quodammodo & languida est, quamuis optimi succi cibum adhibeas, in peius illum verit, ac corrumpit, imbecillitate vim eius omnem labefaciante. Sic vera perturbatio atque confusio, non in rerum est motu, sed in animo ita affecto, qui quamuis ceterarum rerum aptam descriptionem habet, vsque dum confusio nem ac perturbationem in seipso coercuerit, nullum illi ex aliarum rerum apta descriptione presidium erit. Sed quemadmodum oculus agrotus, etiam clarissimo meridie tenebris obtuetur, atque alia pro aliis, nullumq; radiorum solum fructum habet; sanus vero ac firmus, etiam vespere poterit corpus quasi manu ducere, sine vlla offensione, sic & mentis nostra oculus, quamdiu firmus est multa, quamuis confusa, clare tamen videbit. Depravatus autem, quamuis in ipsum calum artollas, multam esse ibi perturbationem & confusionem rerum iudicabit. Itaque si menti cultum diligentem adhiberemus nulla perturbatio, nulla molestia inueberetur, quavis Euripo quouis turbulentius sursum & deorsum vita nostra iactaretur. Quocirca ut idem monet alibi: Futurorum bonorum fruitionem contumid cogitantes, omnes huius vite molestias mansueti seramus, & neque ignominia nos contristet, neque inopia grauet, neque morbus corporis mentis sensum laxet: neque contemni a multis, & inter viles haberi, seigniores nos faciat in virtutis studio, sed omnibus iis, quasi pulvis esset, excussis, assumptioq; generoso & sublimi spiritu, magnum per omnia fortitudinis specimen exhibeamus, & cum inimicis magna alacritate concilemur; & si furor ad iram exanimulet, emendemus inflammationem cantu spiritualium admonitionum, quae monstrant quam perniciose sint affectiones.

His accedat practicum monitum quod ex 1. c. 36. n. 1. de im. tat apud Thomam de Kempis: Fili iacta cor tuum

firmiter in Domino, & hominum ne metuas iudicium, ubi te conscientia reddit pius & insonem. Bonum est & beatum talia pati, nec hoc erit graue humili cordis, & Deo magis quam sibi ipsi confidenti. Multi multa loquuntur, & ideo parua fides est adhibenda. Sed & omnibus satisfacere non est possibile. Etsi Paulus Apostolus omnibus studuit in Domino placere, & omnibus omnia factus est, tamen etiam pro minimo duxit, quod ab humano die iudicatus fuit. Egit satis pro aliorum adificatione & salute, quantum in se erat & poterat: sed ne ab aliis aliquando indicaretur, vel non despiceretur, cohibere non potuit. Ideo totum Deo commisit, qui totum nouerat, & patientia ac humilitate, contra ora loquentium iniqua, aut etiam vana & mendosa cogitantium, atque pro libitu suo quaeque iactantium, se defendit. Respondit tamen interdum, ne infirmis ex sua taciturnitate generaret scandalum.

Et alio in loco Dei nomine sic ait: Inspice te melius, & agnosces quia vixisti adhuc in te mundus, & vanus amor placendi hominibus. Cum enim bassari refugis & confundi pro defectibus, constat utique, quod nec verus humilis sis, nec verè mundo mortuus, nec mundus tibi crucifixus. Sed audi verbum meum, & non curabis decem millia verba hominum. Ecce si cuncta contra te dicerentur, quam fingi malitiosissime possent, quid tibi nocerent, si omnino transire permitteres, nec plus quam seftucam perpenderes? Nunquid vel vnum capillum tibi extrahere possent?

Et alibi: Age quod agis, fideliter labora in vinea mea: ego ero merces tua. Scribe, lege, canta, gema, tace, ora, sustine viriliter contraria: digna est his omnibus & maioribus praeliis vita aeterna. Veniet pax in die vna, quae nota est Domino: & erit non dies neque nox, huius scilicet temporis, sed lux perpetua, claritas infinita, pax firma, & requies securae.

Vltimo loco pono hoc monitum, si ab amore proprio victus & specie maioris Dei gloriae deceptus: in tuis tribulationibus adhibueris defensiones per te vel per alium propositas, tibi non profuisse, gaude vehementer, quod etiam in illis defensionibus tibi Dominus Deus dederit cruces. Ideoque tantò magis erga illas debes affici, quando vides etiam leuamina illarum, Deo sic disponente, tibi nouas cruces attulisse. Tunc autem non profunt defensiones, quando ij apud quos defensus es, non credunt defensionibus tui, sed magis confirmantur in sinistra opinione de te, quod sis superbus, impatiens, qui vel per te, vel per alios adhibeas tui defensores, ne pro malo reputeris.

CAPVT OCTAVVM.

De Quarto. F.

Hoc est, ut seramus semper ad perfectiora.

Prooemium.

Multa scripseram de quarto F. quod est, ferri semper ad perfectiora; sed cum multa alia

alia mea scripta, à me in Opusculo de iudiciis, & gradibus profectus in virtutibus citata, cum hoc quoque quarto F. ante septem annos, in Bohemiâ sint mihi à prædonibus per quandam siluam iter facienti, erepta, & elapsa è memoriâ, nunc tanquam spicas pauculas relictas in meis schedis, sterili pennâ, & plus quàm septuagena-riâ manu conabor proferre, vt studiosi virtutis, præsertim tirones, sciant, quomodo & quibus in rebus debeant proficere, & ascensionibus sacris perpetui in virtutibus profectus, attingere excella perfectionis fastigia. Nam si hominis esse proprium, ait B. Laurentius Iustinianus, vt semper proficere appetat, & uinquam ab inquisitione corporeâ, & ad huiusmodi proficiendi sollicitudinem naturali impulsu ducatur, & ad hoc homo sit conditus, vt potiora semper concupiscens, perueniat quandoque ad id, quo nihil est melius, quod est ipse Deus; multo magis id congruit vitæ spiritualis studiosis, qui reliquum hominum vulgus sanctioris vitæ studiis superare conantur, vel statu perfectiore, quem amplexi sunt, ad id excitante, desiderio vitæ perfectæ assequenda valde accensi sunt. Quoniam verò, virtutes scale Iacob comparantur, vt scribit S. Ioannes Climacus, & vt inquit S. Bernardus, nemo repente fit summus, & ascendendo non volando apprehenditur summitas scale; & vt alibi ait S. Climacus, nemo vnquam repente vno simul passu scale gradus omnes conscendere potuit; quisquis in spirituali exercitio cupit perfectionis culmen attingere, vt ait B. Laur. Iustinianus, iuxta Propheta admonitionem, ascensionis sibi in corde spirituales componat gradus, per quos de virtute in virtutem proficiens, ipsum Deum ex parte comprehendere valeat, à quo plenissimè comprehensus est.

Et quidem alio modo grauibz onusti peccatis debent ascendere, alio iusti. Morum enim primus ascensionis gradus est, desistere à peccatis mortalibus; secundus, commissa peccata desistere; tertius, sacerdoti legitimo in sacramento poenitentia sincerè manifestare & piè; quartus, absolutionem à peccatis, dolore & detestatione eorum, ac firmo emendationis & satisfactionis proposito, ac occasionum proximarum fugâ confessorio promissa ex animo, obtinere; quintus, per opera satisfactionis à Sacerdote iniuncta & sponte suscepta, pro commissis peccatis Deo satisfacere; sextus, studia virtutum per bonorum operum & sacramentorum frequentationem aggredi, & continuare, ac in iis progredi, & cum diuinâ gratiâ ad hæc omnia summè necessaria, in iis vsque ad mortem perseverare. Iusti verò alios ascensionis sacra gradus habent, per quos in vitâ bonâ semper ad meliorem & perfectiorem, ducti & excitati à diuinâ gratiâ, progrediuntur, immò & currunt; eo saltem modo, quo S. Patriarcha Abraham hospites Angelos domi suæ excepit conuiuio, et si eos in primo ingressu Angelos esse ignorauerit. Excepit enim eos, inquit S. Chryostomus, cum velocitate, cum seruenti

alacritate, cum hilaritate, cum gaudio, cum magnâ incunditate: & quod per semetipsum, non per famulos, escas eis preparatas apposuerit: & neque dignum se censuit, qui assideret eis: sed illis comedentibus, adstabat ipse sub arbore, centenarius. Equum enim est, propter infinitam Dei sanctitatem & perfectionem, vt in nobis, saltem iuxta incrementum ætatis, habeant sua incrementa virtutes, quæ nos faciunt perfectos & sanctos. Electus, teste S. Gregorio Papa, & multorum fidelium Dei seruorum experientia, cum foris ætas corporis, intus si dici liceat, crescit ætas virtutis. Quod incrementum pulchrè sic explicat S. Paulinus Nolanus Episcopus; Christus, sicut in illo ipso homine, (scilicet, suâ sanctissimâ Humanitate) quem gessit, ita in nostris mentibus gradus quosdam corporeæ ætatis exequitur. Nasçitur, crescit, roboratur, senescit. Sed orandus, ne in nobis diu aut iugiter paruulus, & infirmus, & pauper sit. Hoc est, ne anima iusti Deum in se habens, hæreat in vno statu, sine profectu ad meliora & perfectiora virtutum incrementa, quibus fideles suos seruos refocillat & pascit Deus. Quem admodum in sensibili cibo, vt scripsit S. Gregorius Nyssenus, si nihil eorum quæ nutrimenti causa sumuntur, pro excremento eiceretur, sed totum ad adiectionem corporeæ proceritatis assumeretur, quotidiano nutrimento per se adaugente magnitudinem, in multam proceritatem corpora excreverent, & attollerentur; itidem iustitia & omnis vna cum ea virtus, quoniam secundum eum qui mente percipitur cibi modum comesta non egeritur, altiores semper per se participantes efficit, sui semper adiectione magnitudinem augens.

Hæc magnitudo & proceritas virtutis crescentis, & ad suos supremos apices ascendentis, per actus suos, in dies perfectiores & feruentiores, diuinæ beneficio gratiæ, acquiritur. Nâ, vt benè scripsit S. Gregorius Papa: Vita Christiani dies sunt virtutes singulæ; menses autem, multiplicia facta virtutum. Ideo qui ad perfectiora ferri vult, non sit in exercitio virtutum segniss, sed per frequentes earum actus, vt monet S. Chryostomus, semper ascendat: & imitetur illos Dei seruos, qui, vt author est S. Gregorius Nazianzenus, nullum ascensus & deificationis modum (hoc est terminum, seu finem) agnoscebant. Equum enim est, vt, quemadmodum ait S. Ambrosius, Cum ætate accrescant simul studia bonorum actuum.

CAPVT NONVM.

Quibus in rebus sit sit ascensus perpetuus ad perfectiora.

Respondeo, tribus. Primò, vt in occasibus benè operandi, quæ se nobis offerunt, vel quas nos ipsi accersimus, semper ad perfectiora obiecta nostros actus conuertamus.

Secun-

proom. de grad. perfect.

gr. 4. Ser. r. de S. Andr.

gr. 25.

proom. de grad. perfect.

h. 41. in Genes.

l. 21. mor. cap. 13.

ep. 3. ad Seuer.

in. Beati qui estant.

279.

l. 1. q. 18. 18.

l. 4. mor. c. 22. alias in al. edit. 18.

h. de serp.

or. 1. in Iulian.

l. 1. O. m. cap. 17.

Secundo. Ut sine nostrarum actionum non qualicumque est bonus sit, contenti simus, sed ob perfectissimum finem, omnes nostras actiones internas & externas eliciamus.

Tertio. Ut è duobus vel pluribus bene operandi modis, semper perfectiorem eligamus.

Quantum ad primum, decet perfectionis desiderio flagrantem, non esse contentos mediocri bonitate operum, sed debent, si perfecti esse volunt, è duobus bonis eligere illud quod melius & perfectius est. Mala est ista vox multorum, inquit Gerfon, sufficit mihi vita communis: si cum multo saluari potero, satis est. Nolo merita apostolorum, volo volare per summa, incedere per planiora contentus sum. Verus enim amor, ut ait B. Laurentius Iustinianus, gradu vno contentus non est, ad altiora semper nititur, & ad perfectiora indefinenter concupiscit attingere. Quas habet, non magni pendit virtutes, proficendi accensus desiderio. Hinc est, quod Apostolus sincero charitatis flagrans amore, aiebat: Non quod iam acceperim, aut perfectus sim, sequor autem si quo modo comprehendam, in quo comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego non arbitror me comprehendisse. Vnum autem qua quidem retro sunt obliuiscens, ad anteriora extendens me, prosequor ad ipsum destinatum brauium supernae vocationis Christi Iesu.

Quocirca, ut practicè hanc rem declarem, cum sit perfectior status religiosorum, quam secularium, etiam sacerdotum omnium Episcoporum inferiorum, ut bene docent Theologi cum S. Thoma eorum principe, perfectionis studiosus, si nihil impediatur, illum, tanquam Christi vitæ & Apostolorum similiorem amplectatur potius, quam in hoc, tot auxiliis Dei destituto, que habet ille, & tot periculis salutis, ac peccandi proximis & multiplicibus occasionibus pleno, quas non habet ille. Cum perfectior sit amor inimicorum & aduersariorum, ac beneficentia iis exhibita, ceteris paribus, maioris sit meriti, quam amor & beneficentia erga nobis additos, illi potius studendum quam isti. Cum maioris meriti sit longior oratio, quam brevior ceteris partibus, illi potius (si nihil obstat) vacandum: quam isti. Cum opera difficiliora ratione materiæ & obiecti, ceteris paribus, sint maioris meriti & perfectiora, quam facilliora & leuiora, & vno eodemque tempore tam hæc quam illa, peragi possint, præsertim tempore tribulationis & aduersitatis, difficiliora potius & laboriosiora sunt amplectenda. Cum lectio historiarum sacrarum & librorum à SS. Patribus scriptorum, ceteris paribus, perfectior sit, & vtilior nobis aliis, in eâ potius occupemus nos, quam in profanis, nisi hanc propria & peculiaris ac vera necessitas exigat, uti exigat à studioso & professore litterarum humaniorum, ac similibus, sed nullo modo exigat à Sacerdotibus, qui hæc studia non tractant, & suis absolutis studiis, ferè quieti vacant, ut se ad mortem disponant melius, & proximos fructuosius excitent ad

opera pietatis. Cum opera sponte vel ex voto facta, sint magis Deo accepta, ceteris paribus, ut docent sancti Patres & Theologi, illis potius attendendum est. Cum opera alius vtilia, Deo deponit, magis placeant, quam non æquè vtilia, etsi bona, illa potius sunt frequentanda quam hæc: nisi ad hæc præcepto aliquo vel lege indispensabili obligemur. Nam, ut dixit S. Chrysostomus, Ex beneficiis, quæcumque ad aliorum vtilitatem sunt, ea potissimum laudem promereri solent. Et ut scias, quod talia præcepta præ ceteris Deo cura fuerint, de ieiunio & virginitate differens, regni celorum meminit: ubi verò de elemosina & liberalitate, & ut nos misericordes exhibeamus præcipit, longè amplius quam regnum celorum premium promittit: Ut fiat, inquit, similes Patris vestri qui in calis est. Ille enim potissimum leges hominem similem Deo reddunt, quæ ad publicam vtilitatem faciunt. Quocirca si iudicio S. Chrysostomi opus ad temporalem vtilitatem proximi Deo gratius est, quam oratio & ieiunium, multò magis acceptum est Deo opus in spiritualem proximi vtilitatem à Deo institutum, vel ab eius Vicariis iniunctum. Proinde perfectius est audire miscellorum peccatorum confessiones, dum id potes præstare, quam tunc spirituali lectioni vel spontaneæ orationi, & multò magis quam profanæ lectioni, tunc tibi non necessaria, vel non æquè necessaria, vacare. Sanè qui Deum ardentè amat, magnoperè est sollicitus, ut eius offensas impediatur, & ut numerum Dei inimicorum minuat, ac animas Dei sanguine redemptas è diaboli faucibus eripiat, & augeat numerum iustorum, in quorum animabus Deus per gratiam tanquam in tabernaculo sibi charissimo inhabitet. Hoc autem præstant ij Dei serui, qui magnos peccatores, à peccatis absolunt: præsertim, dum ipsi id perunt, dum hanc ob rem ad templum & Confessionalia accedunt, fortè, casu aliquo inde digressi in peccato mortali morituri, & pœnas æternas inferni subituri. Quocirca sancti docent interdum orationem spontaneam relinquendam esse, ut eo tempore proximi anima iuuetur. In comparatione malorum oportet nos quod leuius fuerit eligere, inquit S. Iohannes Climacus, puta cum plerumque ad orationem assisimus, adueniunt fratres ad nos, (quantò magis si adueniant ad templum & confessionale peccatores grauati peccatis, & filij diaboli,) necessè est è duobus alterum contingere, aut scilicet orationem derelinquere, aut fratrem à nobis absq; responsione tristem dimittere: sed maior est charitas oratione. Hac enim particularis est, illam verò virtutes omnes continere pro confesso habetur. Fufius hoc ipsum docuit S. Bernardus ser. 50. in Cant. & S. Teresa in libro Foundationum c. 5. & alij Potest enim, inquit S. Thomas, contingere, quod aliquis in operibus vite actiua plus mereatur, quam alius in operibus vite contemplatiua: puta si propter abundantiam diuini amoris, ut eius voluntas impleatur, propter ipsius gloriam interdum sustinet à dulcedine diuina

Chr. h. 2.
B. Thom.
In, Habes
res eundè
spiritum
fidei.

Matth. 5.
45.

gr. 26.
Cassian.
Coll. 23.
cap. 6.

2. 2. q. 2.
182. a. 2.



contemplationis ad tempus separari. Hanc ob causam S.P.N. Ignatius in omnibus nos voluit querere, non qualemcunque, sed maiorem Dei gloriam, maius Dei obsequium, maiorem Dei laudem, maius meritum: quam, (vt ita dicam) Maioritatem, in nostris Constitutionibus, centies & quater nobis commendauit, vt numerauis, bis hanc solam ob causam, lectis à me accuratè Constitutionibus, vt huius rei certum numerum indagarem.

280. Quantum ad secundum, quoad perfectiorem finem operum nostrorum, omnia peragenda & Deo offerenda sunt, ob motiuum perfectissimum: supernaturalis charitatis, scilicet, Deum purè propter se amatum, sine respectu & intuitu mercedis & spe præmij, etiam cœlestis. Inspicida Deo &

S. de ob. sapient. & patient.

3 p. Cōst. c. 1. §. 2. 6.

c. 73. vit. Rom.

h. 5. in ep. Rom. in mor. col. 2. discipl. & perfect. mor. con. c. 24. col. 3.

h. 4. in fin. diu. piet. cap. 16.

insulsa quodammodo nostra obedientia, inquit S. Bernardus, seu etiam patientia est, nisi omnium qua vel agimus vel patimur ipse sit causa. Quia quicquid facimus, iubemur facere in gloriam Dei. Hanc puritatem intentionis rectè in operando, commendauit nobis S.P.N. Ignatius: Omnes rectam habere intentionem studeant, non tantum circa vita sua statum, verum etiam circa res omnes particulares: id semper in eis spectantes, vt seruiant & placeant diuina Maiestati propter seipsam, potius, quam ob spem præmiorum vel timorem penarum. Sibi enim nos similes esse volebat: si quidem, vt in Relatione S. Rotæ Romanæ Auditorum & Cardinalium S. Congregationis Rituum, de eo summis Pontificibus, pro obtinendâ eius Canonizatione relatum fuit: Omnes suas cogitationes, verba & opera, in Deum, tanquam in finem, referebat. Tali spiritu imbuta erat nostræ societatis spiritalis filia, & S. Ignatij spiritalibus Exercitijs sæpe ex culta, aliique monialibus ea tradere B. M. Magdalena de Pazzis, solita, quæ dicebat: Si crederem, me vno solo verbo, dicto ob alium finem, quam ob amorem Dei, etiamsi non esset eius offensa, posse euadere Seraphinum, nunquam illud dicerem. Sciebat enim hæc sanctissima Virgo debere nos, si perfecti esse volumus, quantum possumus freti ope diuinæ gratiæ, tendere ad similitudinem Dei, etiam in operando. Cum ergo, Deus, vt scriptum est Prou. 16. 4. Vniuersa propter semetipsum operetur, decet nos ad eius similitudinem creatos, purè propter ipsum omnia operari: præsertim, quia, vt ait S. Chrysostomus, tunc assequimur à Deo maius præmium, cum propter ipsum sine intuitu præmij operamur, alioquin aliter operando minus lucratur. Sicut auri exigua massa, inquit B. Laurentius Iustinianus, magnum superexcedit cumulū vitis cuiusque metalli; ita pauca opera peracta cum incendio puræ charitatis in conspectu Conditoris, magis fulgent atque gratiora sunt, quam multorum exercitia laborum procedentia ex radice negligentiæ & de fonte intentionis inculca. Pulchrè hanc veritatem declarauit Deus S. Gertrudi Virgini, alibi ni fallor à me recensitâ, sed & hoc loco aptè iterandam. Cum enim ei

Christus D. cum S. Ioanne Euangelistâ apparuisset, vidit S. Ioannem sedentem, quandoque calamus intingere in cornu quod manu tenebat, & ex eo litteras nigras conscribere: quandoque verò intingens calamus in vulnus amatorium lateris Iesu, quod coram se apertum patebat, & exinde roseas litteras faciebat, distinguens eadem rubra scripta, partim nigro colore, partim aureo. Intellexitq; per ea que nigro colore erant scripta, designari opera illa, que sunt in memoriam Passionis Christi, pro emendatione Ecclesiæ affectu speciali. Per hoc verò quod eadem rosea scripta, partim erant nigro colore partim aureo distincta, intellexit, quod illa qua in memoriam Passionis Dominicæ sunt tali intentione, quod ille qui ea facit, desiderat per ea gratiam Dei obtinere, vel similia, que proprie cedunt salutis, ab iis describuntur colore nigro. Illa verò que sunt ita purè ad laudem Dei in vnione Passionis Christi, & ad salutem vniuersitatis, quod omnino abrenuntiat quis omni merito, premio, & gratia, vt saltem possit Deo laudem & amoris exhibitionem offerre, describuntur colore aureo. Quia quamuis predicta opera copiosam apud Deum obtineant remunerationem, illa tamen qua sunt purè pro amore laudis Dei, multo maioris sunt meriti ac dignitatis, & insuper conferunt homini in infinitum maius augmentum salutis æternæ.

Sed satis non est operari perfectè ob finem supernaturalem seu motiuum supernaturale & obiectum diuinæ charitatis, sed opus est, vt huic perfectissimo fini adiungatur causa impulsua faciendæ actionis, impellens ad eam ob rationes æternas. Quæ de re tale fuit nostri B. Aloysij Gonzagæ monitum: Eò religiosior eris magisq; pius, quò tuam vitam diligentius secundum rationes æternas, minus verò secundum temporales gubernaueris: vt nihil ames, nihil desideres, nihil lateris, nihil oderis, vel auerferis, nisi pietatis causa. Tibiq; persuadeas, hoc demum esse religionem pietatemque profiteri. Ad quæ verò extendat seonus Dei seruorum operandi secundum rationes æternas fuscè disserui in Opusculo de negociatione cœlesti l. 2. cap. 3. seu num. 212.

Plura de hac puritate intentionis in operando, vide suprâ in explicatione secundi F.

Quantum ad tertium, scilicet ad perfectiorem operandi modum, non satis est bona perfectiora eligere, eaque ob perfectissimum diuini amoris finem peragere, sed necesse est, vt fiant omnia modo quo fieri possunt perfectissimo. Est enim verum sit, quod docet S. Thomas, non effici transgressorem præcepti aliquem, ex hoc, quod non optimo modo impleat, sed sufficere, quòd quocumque modo impleat illud, tamen salutare consilium est perfectionis studioso, vt omnia faciat modo quam potest perfectissimo. Hoc & Seneca suo modo agnouit: Non in factio laus est, sed in eo, quem admodum fiat. Quocirca, vt bene scripsit B. Laurentius Iustinianus: Virtutes sectanda, qua mortales

deca...
cap. 18.
182.
13. vit.
cap. 5.
lib. de
Abrah.
cap. 5.
lib. de
Cant. &
Abel.
1. Cor.
11. vit.
Rom. 12.
11.
1. Cor. 13. 1.
de comp.
& comp.
col. 1.
in Mos.
183.
2. 1. q.
184. a. 3.
ad 2.
EP. 95.
ad

Sacerdotum iudicio, quos sciebat suæ personæ & doctrinæ hostes infensissimos, quantò magis religiosi subditi, immo & seculares, sua omnia Superiorum iudiciis & decreteris debent subdere, & iis ex animo acquiescere, & hac quoque ratione reuerentiam illis debitam exhibere

284. Quintus modus, operandi perfectè est, vt omnes nostras actiones: occupationes, ministeria, functiones obeamus & exerceamus, & exequamur, iuxta normam à Superioribus nostris, Dei Vicariis, præscriptam, etiam tunc, cum sine peccato eam transgredi possimus, Exempli gratiâ. In nostrâ Societate præscriptum est, ne Sacerdotes (intellige, quando nulla gravis causa subest aliud faciendi) in Missa dicendâ tam breues sint, vt semi-horam non expleant: neue tam longam, vt multum excedant. Si quis hæc non seruarit, Missam quidem (si cetera requisita non desint) bene dicet, sed non perfectò modo, quia

Regulam sui Ordinis transgredietur: quæ, etsi ex S. Fundatoris mente culpæ noxam non inducet, tamen si non seruetur, Sacrificium Missæ perfectò modo non offeretur Diuinæ Maiestati: *Perfectum enim est, (vt definiunt sacri & profani scriptores) cui nihil deest.* Eodem modo, si vel Superiorum consilium, vel recepta & probata consuetudo bonæ alicui actioni certum tempus vel locum præfixerit, illa actio bona, tempore alio vel loco peracta, bono & perfectò modo non fiet. Idem iudicium fit de aliis. Nam, vt ait S. Basilius, *In omni re, quam facimus vel dicimus, habere rationem conuenit idoneæ opportunitatis temporis, & quod iis alieni nihil admisceri debeat.*

Sextus, perfectè operandi modus est; cum quodam, cælesti operum decoro omnia peragere & priuatim & publicè. *Spectaculum enim sumus, vt ait Apostolus non tantum Angelis, sed etiam mundo, & hominibus, dum in oculis hominum aspectabiles verlamur. Ipse incessus, & motus, inquit S. Hieronymus, vultus, sermo, silentium, quædam decori, sacri præferant dignitatem.* Qui hoc modo operantur bona, plus ceteris operari videntur. Talis erat operandi modus in B.V. Mariâ, de quâ S. Bernardus scripsit, *singulares in ea fuisse virtutes, quæ videbantur esse communes.* Et, de ipso S. Bernardo in eius vitâ scribitur: *Vitam regulamque communem emulabatur, nil in suis actionibus præferens, obseruantia singularis.* In ipsis tamen communibus, erat illi singularis puritas & deuotio non communis. De nostro quoque B. Stanislao, scribit in eius Vita Sacchinus: *Aded cunctis in rebus absolutam honesti formam renore æquabili tenuis expressit, vt vel consueta domestica disciplina munera obiens, quandam us splendorem insolitum & lucem adderet. Itaque etiam tum cum eadem solùm quæ ceteri faciebat, plura tamen atque ampliora videbatur præstare quam ceteri.*

285. Septimus, operandi perfectè modus est, vt & priuatim & publicè coram aliis, in omnibus operibus nostris virginea quædam modestia, &

omnium corporis membrorum (non tamen affectata, nec hypocritica) compositio, ac humilis mansuetudo & prudens appareat, non nostram (quod absit) sed Dei solius pensans gloriam. Nos, inquit Minutius Felix, *non notaculo corporis, sed innocentie ac modestie signo facile dignoscimur.* Non mirum. Quia, vt ait S. Ambrosius, *vox quadam animi, est corporis motus.* Talis erat frater S. Gregorij Nazianzeni Cæsarius, quem laudans, ait: *In omni parte corporis gratiam, & veluti in sonis ac fidebus habebat concentum. Sanctorum enim, vt scribit S. Chrysostomus, non tantum verba, sed etiam ipsi vultus, spirituali gratiâ pleni sunt.* Vt de pop. S. Meletio Episcopo Antiocheno idem scripsit: *Non solùm docens, aut loquens, sed tantum si videretur, satis erat ad inducendam virtutum cælestium doctrinam, in eorum qui videbant animas.* Tali solùm loquendi & comedendi modo, S. P. N. Ignatius multos ad Societatem traxit, vt testis oculatus in eius Diario scripsit P. Ludovicus Casalius. Habuit enim S. P. N. Ignatius, *modestiam diuinâ, vt loquitur, & id iureiurâdo confirmat eius familiaris, Ioannes Antonius Viperanus Episcopus Iuuenacensis.*

Præter modestiam adit etiam humilis & prudens mansuetudo. Hoc docuit B. Mariam Magdalenam de Pazzis Christus Dominus: *sunt omnia opera tua facta cum tantâ mansuetudine, & cum actu aded humilis, vt reserant magnetem ad trahendas creaturas ad Deum: & cum tantâ prudentiâ, vt sint regula membris meis, id est, animabus religiosi & suis proximis.*

Octauus, operandi perfectè modus est, hilariter pro Deo omnia facere. *Hilarem enim datorem diligit Deus: Est candor, inquit S. Bernardus, quem sibi induit is, qui miseretur in hilaritate.* Etenim si intuearis illum quem Propheta depingit iucundum hominem, qui miseretur & commodat, nonne is tibi videtur, de ipsa animi iucunditate induisse candorem quendam pietatis vultui pariter suo & operi suo? Sicut è regione, si ex tristitia vel ex necessitate quis tribuat, non candidum planè, sed tetrum præfert manu & fronte colorem. Et ided hilarem datorem diligit Deus. Nunquid & tristem? Perfecto qui respexit ad Abel ob alacritatis candorem, auertit faciem à Cain, quia conciderat facies eius: vtique à tristitia & luore. Aduerte qualis color tristitia, seu inuidia sit, qui Dei à se auertit aspectum. Quocirca, vt monet B. Laurentius Iustinianus, *Dei seruus famuletur latenter, vt Deo amabilis reddatur: Sanctosq; imitetur Angelos, qui indicibili dulcedine & iucundissimâ Conditiori suo obediunt charitate.*

286. Nonus, perfectè operandi modus est, tam perfectè peragere singula, vt operatio nostra adæquetur nostræ cognitioni, quam habemus de modo perfectè peragendi illud opus. Hoc quoque noster B. Aloysius Gonzaga in suis curabat operibus, vt mentis suæ lumen factis æquaret. *Homini enim ratio, vt ait B. Laurentius Iustinianus, cum splendore illustratur sapientia, & Diuino ap-*

Artif. 5. metaph. cap. 16. Cl. Alex. l. 1. p. 1. d. cap. 6. Amb. l. 2. de Jacob cap. 5. B. Tho. 1. p. q. 4. a. 1. Moral. Reg. 14. c. 1.

1. Cor. 4. 9. in c. 2. Tit.

5. 4. de Assumpt. l. 3. cap. 1.

285.

in Octa. uio. l. 1. Offi. cap. 18.

Orat. 10. h. 3. ad b. 3. ad

in Proc. fu Muri. nculi.

1. par. vitæ cap. 10.

2. Cor. 9. 7. in Cant. P. sal. III.

de discip. & perf. mon. con. c. 24.

286.

l. 2. vitæ cap. 7.

pro-

de dicit. & perfect. moa. con. cap. 24.

propinquat lumini, est quedam spiritualis regula & magistra virtutum, per quam, quid rectum quidue obliquum versetur in corde, quid agendum, & quid omittendum sit, sufficienter intelligit. Ideo Christi legitimus seruis & perfectionis amator, nunquam cesset rationis iudicio virtutum actus examinare, ne incuria discretiois, vitium sub virtutis velamine ad opus exeat. Cum autem non aequale lumen Deus seruis suis omnibus communicet, sed perfectioribus maius, & perfectius, & vt ita dicam, subtilius, & magis a terrenâ materia disiunctum, hinc fit, vt perfectiores Dei serui modo perfectiore omnia agant, vt appareat ex doctrinis & dictaminibus ac monitis eorum, quæ in eorum Vitis describuntur. Et hoc est monitum à Christo datum B.M. Magdalene de Pazzis: In omni actione tuâ internâ & externâ, respice semper illam puritatem, quam te feci intelligere. Hoc quoque cordi erat S.P.N. Ignatio. Quocirca epistolas suas ad externos, præferim viros primarios, sic concludebat: Infinita & summa bonitas nobis dignetur dare suam gratiam completam, vt eius sanctissimam voluntatem agnoscamus, & illam integrè compleamus. Hoc est, adæquentur opera nostra cognitioni, quam ex Dei lumine, de modo illa petagendi, habemus.

1. p. vit. cap. 10.

Decimus modus perfectè operandi traditus, est à sanctis, & seruatus à nostro B. Aloyfio Gõzaga: Sic statues, vt quodlibet munus, officium, negocium, cum Christi sanctorumq. exemplo consentiat. Cum enim Sancti, sed maximè Christus D. perfectissimi omnia, etiam minima, opera sua petegerit, tunc nostra quoque opera perfectò modo fieri à nobis, si fuerint, quantum possibile est, illis similia. Credendum est, inquit S. Gregorius Nyssenus, idcirco vitas præstantissimorum virorum exquisitissimè perscriptas esse, vt vita nostra imitatione ad virtutem ac bonum, rectius deducatur. Vita enim beatorum hominum, vt scripsit S. Basilius, litteris tradita, sunt velut imagines quedam viue diuine Reipub. ad bonorum operum incitationem proposita. Vnde quemadmodum pictores, vbique quando imaginem ex imagine pingunt, identidem ad exemplar respicientes, characterem ad suum opificium inde transferre conantur; ita oportet eum qui studet seipsum omnibus virtutis partibus perfectum reddere, sanctorum viuas velut simulachra quedam viue & efficacia respicere, illorumq. bona opera per imitationem sua facere. Quoniam verò non in omnibus Sanctis æqualiter elucent omnes virtutes, sed magis vna in vno, altera in altero, idè operum nostrorum actus conformandi sunt, vt cum virtutibus similibus, quæ in aliquo sancto præ ceteteris eminebant, consentiant. Qua de re sic scripsit B. Petrus Damiani: Erasleotes Zeuxis, magno à Crotoniatis conductus est pretio, vt Diane simulachrum insigne depingeret: poposcit omnes vrbes virgines in vno speculo colligi, vt futuri elegantiam operis, ex earum posset specie mutuari. Ita & tu ab alio promptam obedientiam, ab alio seruentissimam charitatem, ab isto

pernoctationis excubias, ab illo diuturni silentij descensuram, quatenus sicut ille diuersorum corporum habitudines, ad vnius simulacri speciem transtulit, sic & tu ex variis sanctorum virorum virtutibus, vnius in te veri Dei restaures imaginem. Sed maximè Christi D. vita proponenda est tanquam pulcherrima imago, cui assimilanda sunt omnia opera nostra, vt modo perfectò opere mur. Deus Verbum, inquit Clemens Alexandrinus, est imago, in qua nulla est macula: ei omnibus viribus tentandum est, animam similem efficere. Et cap. 3. Christum vocas nostrum pedagogum & ducem vite optimè degenda, cuius factorum similitudinem par sit operando referre. Idcirco S.P.N. Ignatius materiam nostrarum meditationum & cõtemplationum esse voluit Christi D. vitam, vt ei omnes actiones nostras, quantum cum Diuinâ gratiâ possemus, conformaremus, & inter alia docuit: etiam si, nullo superaddito, laus Dei par foret, ad maiorem tamen imitationem Christi, eligamus potius cum eo paupere, streto, & illuso, pauperiem contempnam, & insipientia titulum amplecti, quam opes, honores, & sapientia estimationem.

Vndecimus modus operandi perfectè est traditus à S. Thoma: Similiter nos diligentiam apponere debemus, vt singula opera nostra, quantum vnquam melius possumus, faciamus, ex omni virtute D.N. Iesu Christi, & cum omni desiderio triumphantis & militantis Ecclesie, & sub nomine Creatoris: quasi tota salus nostra, & omnis laus Dei, & vniuersitatis vilitas, (pondera lector verba singula) ex vno opere dependeat: quasi nunquam ad id opus reuersuri, neque aliud postmodum facturi. Hanc vltimam particulam commendauit Christus D. B. M. Magdalene Pazzie, tradens ei regulas perfectè viuendi, quarum vna est eiusmodi: Imaginare omnia opera & verba tua fore vltima. Qui verè hoc cederet de suis verbis & operibus, ita in iis procederet, vt paulò antè docuerat S. Thomas, & Sancti eximij fecerunt.

Porò vt his modis perfectè operemur, valdè conducet, si hæc, quæ iam adferam, monita seruabimus.

Primum est, traditum à Christo D.S. Brigittæ: Sponsa mea debet habere domum, & in domo tria: panem, potum, edulsum. Panis est voluntas bona & sincera, qua sicut panis confortat corpus & dat vires, arterijs & neruis omnibus fortitudinem; sic voluntas bona confortat hominem in bono, augmentat amorem Dei, facit ei mundum vilescere, patientiam fortificat, spem glorie adipiscenda roborat in tantum, quod omnia aduentitia hilariter amplectitur: & sicut panis recipit ad se omnem putredinem interiorem, & cum hac in secessum vadit, & homo mundatur, sic voluntas bona omnem putredinem vitiorum extrahit. Potus, quem debemus habere in domibus nostris, est diuina præmeditatio in omnibus agendis. Corporalis enim potus duo bona habet: extinguit sitim, & facit bonam digestionem. Quicunque enim aliqua bona facere proponit, si considerat secum & diligenter reuoluit priusquam

1.1. pad. cap. 2.

2. heb. mod. ha-mil.

287.

Op. 62. de diu. mor. § Deus omnia benefacit.

1. p. vit. cap. 10.

1. 2. Reg. cap. 25.

quam faciat, quia honor Dei ex hoc prouenit, qua uilitas ad proximum, qua commoditas ad animam, & noluerit facere, nisi aliquam uilitatem diuinam in opere suo perpendit esse, tunc opus illud habebit bonum processum quasi bonam digestionem. Tunc si qua indiscretio in opere faciendo occurrere poterit, citius reprehenditur: tunc, si quid distortum fuerit, citius corrigitur, & opus suum rectum & rationale & adificatum coram hominibus erit. Nam qui in opere suo diuinam prameditationem non habet, neque uilitatem quarit anima & honorem Dei, etiamsi opus suum processum habebit ad tempus, in fine tamen nisi corrigatur intentio, erit in nihilum. Secundo potius extinguitur sitis. Quae est sitis peior quam peccatum prauae cupiditatis & irae. Et, si homo prameditatur qua inde prouenit uilitas, quam misere sentit, qua remuneratio si restituitur, mox per gratiam Dei extinguitur sitis illa praua. Tercio, in domo debet esse edulium: hoc facit duo: Primum in ore meliorem saporem, & melius conuenit corpori quam solus panis. Secundo, facit delicatorem carnem, & meliorem sanguinem, quam si esset solus panis & potus. Edulium hoc, est sapientia diuina, qua non est praecise in literaturâ, sed in corde, & bona uitâ, & bono opere. Quia considerat, rationabilis fore diligenda ea quae aeterna sunt, quam quae casura. Vnde abiicit superflua, contentus de solis necessariis, laborat in amore Dei quantum potest. Vide ibi haec fultius explicatus à Christo Domino.

Li. Offic.
cap. 13.

Secundum monitum est S. Ambrosij: *Quarendum est in omni actu, quid personis, quid temporibus conueniat atque atibus, quid etiam singulorum ingenis sit accommodatum. Sape enim quod alterum decet, alterum non decet: aliud iuueni aptum, aliud seni: aliud in periculo, aliud in rebus secundis. Saltauit ante Arcam Domini Dauid, non saltauit Samuel: nec ideo ille reprehensus, sed magis iste laudatus.*

l. 3. de cō-
fid. c. 4.

Tertium monitum est S. Bernardi: *Spiritualis homo; omne opus suum trinâ consideratione proueniat: Primum, an liceat, deinde an deceat, postremò an expediat. Nam etsi constet in Christianâ Philosophiâ, non decere nisi quod licet, non expedire nisi quod licet & decet, non continuo tamen omne quod licet, decere aut expedire consequens erit.*

Ti. Offic.

Claudam hoc caput monito Ciceronis, ut confundantur ab Ethnico, qui secus operantur: *Omni actio vacare debet temeritate & negligentia: nec verò agere quicquam, cuius non possit causam probabilem reddere.*

CAPVT DECIMVM.

288.

Chr. fer. 1.
& h. 2. in
Genel.
Greg. l. 4.
ia 1. R. c. 3.

Quae nos excitare possunt, ut semper feramur ad perfectiora.

Primò, nos excitare debet Dei uoluntas per sacram scripturam, quae, ut aiunt sancti, est Dei ad nos missa per sacros Scriptores epistola: In qua

haec legimus inter alia nos ad perfectionem maiorem ac sanctitatem excitantia: *Tu perfectus eris coram Deo tuo. Deut. 18. 13. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Leu. 11. 44. Et c. 19. 2. Estote perfecti, sicut Pater uester caelestis perfectus est. Matth. 5. vit. Fratres gaudeite perfecti estote. 2. Cor. 13. 11. Elegit nos, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius. Eph. 1. 4. Sitis sine querelâ, & simplices filij Dei, sine reprehensione. Philip. 1. 14. 15. Secundum eum qui uocauit uos sanctum, & ipsi in omni conuersatione sancti sitis. 1. Pet. 1. 15.*

Secundò, ut semper ad perfectiora feramur, nostri creatio id exigit, ut simus quam simillimi Deo, quod nullo modo assequi poterimus, nisi semper ad perfectiora feramur. Quae de re sic scripsit S. Leo Papa: *Si fideliter, dilectissimi, atque sapienter creationis nostrae intelligamus exordium, inueniemus hominem à Deo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset auctoris: & hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis, quasi in quodam speculo Diuinae benignitatis forma respicenda.*

Hinc Sancti Patres Graeci & Latini, ponderantes illa uerba Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, diuersum quid putant esse imaginem, & similitudinem: & per imaginem, significari dona Dei naturalia, per similitudinem uerò virtutes supernaturales. Id quod est ad imaginem Trinitatis, inquit S. Anastasius sinaita Patriarcha Antiochenus, *in essentia incorporea & intelligens & materiae expertis, & incomprehensibilis anima nostrae, omnes homines habemus similitudinem: id autem, quod est ad similitudinem, ij soli habent, qui seipfos recreauerunt, eâ uita institutione quae est ex Virtute: qui Deum habent in se inhabitantem & gratiâ, quodammodo sunt ueluti Christum, in Diuinitate simul & Humanitate. Idem asserunt alij zech. Sancti Patres. Quocirca cum in Deo sit infinita perfectio uirtutum, ut Deo quam simillimi simus, curandus est nobis quam maximus in uirtutibus profectus, ut Dei uirtutibus assimilemur.*

Tertio, ad hoc nos excitare debet Dei Incarnatio. Quia ut ait S. Augustinus, & S. Chrysostomus, & S. Thomas, *Deus factus est homo, ut homo fieret Deus. Hoc autem fieri non potest, nisi semper ad perfectiora feramur, ut quam proximè accedamus ad Deum per imitationem diuinarum eius perfectionum & uirtutum. Vniuersusque eorum qui in hierarchiâ cooptati sunt, inquit S. Dionysius Ateopagita, in eo posita perfectio est, ut pro sua quisque uirtuti parte, ad Dei imitationem contendat. Ideò S. Gregorius Nazianzenus monet: *Simus ut Christus, quoniam Christus quoque sicut Pascha, nos efficiamur Dei propter ipsum, quoniam ipse quoque propter nos homo factus est. Et, ut idem ait alio loco: Huc magistra lex tendit: huc exanimata Deitas: huc assumpta Caro. Clarius hoc expressit B. Laurentius Iustinianus: *Haec possissima Incarnationis Verbi causa fuit, quatenus per assumptum hominem***

289.

S. 1. deie
iun. dec.
mensis.

l. 7. he-
xam.

292.

Ambrosi.

de dign.

cond. hu.

Bal. h. 10.

hexam.

Hier. in

c. 28. E.

Diuinitate simul

& Humanitate. Idem asserunt alij zech.

Chr. h. 9.

in Genel.

Aug. cot.

Adim. c. 5.

Damale.

l. 1. fid.

cap. 11.

Bern. S. 1.

de Ann.

209.

Aug. S. 13.

de temp.

Th. Op.

57.

decol.

hier. c. 5.

Or. 40. in

pascha.

nos: efficiamur Dei propter ipsum, quoniam ipse quoque propter nos homo factus est. Et, ut idem ait alio loco: Huc magistra lex tendit: huc exanimata Deitas: huc assumpta Caro. Clarius hoc expressit B. Laurentius Iustinianus: Haec possissima Incarnationis Verbi causa fuit, quatenus per assumptum hominem

S. de Ex.

S. cruc.

nem

nem documenta saluberrima tribueret Deus, quibus peccator homo, amissa recuperaret dona, deformatam reformaret imaginem, & caelestem à quâ elongauerat multum, remearet ad patriam.

Quartò, hunc ad perfectiora progressum commendat nobis præcipuum & maximè nobis salutare opus Dei incarnati, mors eius acer-

Col. 1. 11. *bisillima.* Nam, ut scripsit, Apostolus, *Cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis, nunc reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso.* Et alio in loco: *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro eâ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid humifmodi, sed vt sit sancta & immaculata.* Cum ergo tantæ efficacis sit mors Christi, & sanguis eius in illâ pro nobis in hunc finem effusus, vt simus sancti & perfecti, maxima debet esse nostra sanctitas. Hæc verò sine profectu perpetuo, & nisi ad perfectiora acquiri non potest. Nam, ut scribit S. Macarius, *Quemadmodum in vtero imperfectus infans non statim concreuit in hominem, sed paulatim formatur & gignitur, neque mox perfectus homo euadit &c. quanto magis caelestia mysteria multis gradibus atque promotionibus acquiruntur, & tum, qui per multas exercitationes & varia rerum pericula progressus fuerit, perfectus euadet.*

292. *Quintò, Hoc ipsum exigit status Christianorum, eò quòd etiam ij qui non sunt sacerdotes nec religiosi, debent suo modo ferri ad perfectiora. Hoc docuit S. Paulus Apostolus pluribus in locis, dum voluit omnes Christianos, crescere in illo per omnia, qui est caput, Christus: Et, in anteriora se extendere: Et, renouari de die in diem: Et, abundare in charitate magis ac magis, & probare potiora. Pulcherrimum motionis opus est, inquit S. Gregorius Nyssenus, ipsum in bonis incrementum: cum impetu illo, quo ad melius trahimur, is, qui rectè mouetur, assidue transfertur ad ea quæ diuina sunt. Ne quis igitur cum in naturâ, mutationibus aptam & idoneam cernens, doleat aut conquatur: sed sese in melius promouens, & de gloriâ in gloriam transferens, quotidianè incrementis ita vertatur, vt in dies melior ac perfectior fiat. Quæ omnia ab Apostolo Paulo, & ab hoc S. Doctore, non pro solis religiosi, sed etiam pro secularibus dicta sunt. Quocirca idem sanctus ibidem ait: *Sicut participatione Christi, Christiani appellationem adepti sumus, ita per consequens conuenit omnium quoque sublimium (id est, Christi virtutum) nos adificere communionem & Societatem. Ac quemadmodum in catena, qui eam quæ in extremitate est, curuaturam attraxerit, eas, quæ continenter inter se coherent, per vnam attraxerit, ita, quoniam Christi nomini reliqua quoque quibus ineffabilis ac multiformis illa beatitudo explicatur, naturâ coherent atque coniuncta sunt, necesse, fuerit, eum, qui vnum arriperit, vnâ**

cum ipso reliqua quoque attrahere. Si quæ igitur nomen quidem Christi sciamus, (id est, Christianus appelletur) quæ verò vnâ cum hoc nomine consistantur, vitâ non exprimat, neque representet, nomen eniuentur, iuxta propostam à nobis similitudinem, personam inanissimam humanâ figuræ confirmatam & astimulatam simia apponens. Suprà enim dixerat, simiam veste humanâ tectam, & personatam, videri hominem, donec proiecta amygdala arripiat, & personâ humanâ detractâ ac dilaniatâ, mandere incipiat amygdala vel nuces, & se non esse hominem ita ostendat.

293. *Sextò, ad hoc ipsum moueri debemus Dei æternâ voluntate, hoc à nobis exigentis, teste S. Paulo Apostolo: Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Seu, vt est in Græco textu: ἀμώμους, irreprehensibiles. Hoc autem assequi non possumus citra extraordinaria Dei priuilegia, qui aliquos repente fecit sanctos, nisi de virtute ad virtutem gradum faciamus, & ad perfectiora tendamus. Nemo vnquam, inquit S. Ioannes Climacus, repente, vno simul passu scala gradus omnes ascendere potuit: scilicet, ordinariâ Dei lege. Excelsa enim dona, vt ait B. Laurentius Iustinianus, & spiritualia charismata, charismis Dei & Sapientia amatoribus prærogantur per incrementa virtutum.*

294. *Septimò, Moneat nos, inquit S. Bernardus, ipsum quoque secularis cupiditatis exemplum. Quem enim ambitiosum vidimus aliquando contentum adeptis dignitatibus, ad alias non anhelare? Sic & curiosi cuiusque non satiatur oculus visu, nec auris impletur auditu. Quid? eorum qui auaritia seruiunt, aut amatores sunt voluptatum seu vanas sectantur hominum laudes, nonne & ipsorum insatiabilia desideria arguunt nos negligentia ac repiditatis? Pudeat certe spiritualium bonorum nos minus cupidos inueniri. Erubescat anima conuersa ad Dominum, minori affectu sectari iustitiam, quàm iniquitatem antea sectaretur. Est enim causa valde dissimilis. Stipendium quippe peccati mors: fructus autem spiritus, vita æterna. Pudeat proinde negligentius nunc in vitam, quàm prius in mortem ire: & minore studio salutis acquirere, quàm perditionis augmentum.*

Plura incitamenta ad hoc vide in meo Opusculo de meditationibus rerum diuinarum rectè peragendis toto capite 6. numer. 48. & sequentibus.

295. *Quapropter S. Ioannes Apostolus scripsit: Qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Id est, semper feratur ad acquisitionem sanctitatis maioris, quod est, ferri semper ad perfectiora. Præsertim cum Deus ad hoc sua suppeditat, & quidem perpetuò, auxilia. Nam, vt ait Concilium Tridentinum, Christus, tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera semper & antecedit, & comitatur, & subsequitur, &*

sine quâ nullo pacto Deo grata & meritoria esse possunt. Quocirca celebris ille in Ecclesiasticâ historiâ Orosius Cordubensis in Concilio Palæstino apud Diospolim habito dixit: Deum adiutorium suum, non solum in corpore suo, quod est Ecclesia, verum etiam vniuersis in hoc mundo gentibus subministrare speciatim, quotidie, per tempora, per dies, per momenta, per atomas, & cunctis & singulis. Idemque tam ardentem, vt dixerit S. Chrystostomus:

Or. de B. Philog.

Quemadmodum parturiens cupit eniti sum, ita & ille cupit effundere misericordiam. Et, vt alibi ait: petitiones nostras semper multo excessu superat. Et, vt Christus D. dixit S. Brigittæ: paratior est dare, quam aliquis petere: quia teste S. Chrystostomo, magis nos amat, quam nos ipsi nos amemus. Si ergo non feramur perpetuo ad perfectiora, inexcusabiles apud Deum erimus.



NICO.